

**A**D HVC autem Apostolus clarius prosequitur imperfectionem Corinthiorum, & causam contentions eorum auferit. Et ait. *Et ego fratres nō potui uobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnali bus, alta mysteria fidei, & sublimia de divinitate Christi, perfecta quoque interne perfectionis exercitia nō potui vobis proponere, sed parua & rudia atque humilia de Christi humanitate vobis profoui, non iudicauis me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Tamen quam paruis id est, imperfectis, In Christo lac id est, facilis doctrina & tenera instructione. Vobis potū dedi itali doctrina spiritualiter vos potauis, & animas velras rigauis.*

1.Cor. 2.

1.Petri. 2.

Hebreos. 5.

*Non esca! id est, nō solidū cibum, non profundam sapien-*

Etiam,

*tiam, non sublimem vite perfectionem vobis tradere potui.*  
**Jacobi. 3.** *Nondum enim poteratis spiritualiter capere talia. Sed nec nunc quidem poteritis, adhuc enim estis carnales id est, carnalibus vitiis subiacentes. Cum enim sit inter vos zelus id est, inuidia latens. Et contentio id est, us verborum inde procedens. Nonne carnales estis? Pro eodem sunit Apostolus carnalem & animalia, Et secundum hominem ambulatis? id est, secundum humanam fragilitatem, imperfectionē & ignorantiam viuitis & sentitis. Cum enim quis hoc est, aliquis vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, aliis autem, Ego Apollo id est, vnu dicit se baptizatum a Paulo, aliis ab Apollo, & idcirco vnu se alteri preferit. Nonne homines estis? id est, ut in hominibus confusa lectaminis, nō estis diuini, sed*

**Esaie. 28.** *F homines nudi, humanum sensum sequentes, non spiritus sancti insinuentur? Ex predicatione constat, quod predicator seu doctror moderari debet sensum, & stylum doctrina sua, secundum audiencem capacitem. Scindendum quoque, quod nomine Iacchis in scriptura interdum signatur carnalis voluntas: vt ibi, Quem docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Et respondebit, Ablaftatos a laeti, aulofos ab ubere. Interdum per lac significatur innocentia seu puritas vita, propter naturalem Iacchis nitorem ex virtute. Iuxta*

1.Petri. 2.

Illud.

Hebr. 5.

*Quasi modo geniti infantes rationabiles lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Quandoque vero per lac imperfecta doctrina exprimitur, sicut hoc loco, & item a pud Hebreos, Omnis qui Iacchis est particeps, expers est fer-*

monis

*monis iustitiae. Præterea in scriptura per hominem aliquando designatur quadam perfectio, & maxime pietas, seu dilectione. Vnde quod discretum & pium est, dicimus esse humanum. Quod vero irrationaliter & crudeliter, dicimus inhumumanum. Aliquando autem per hominem datur intelligi virtutis qualitas, ad quam homines proni sunt. In quantum enim consideratur in homine pars intellectiva, designatur per ipsum perfectio: in quantum autem notatur in eo sensualis, quam maior pars hominum sequitur, significatur per eum virtutis ista. Ita nunc sumitur, cum ait Apostolus, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis & nonne homines estis? Deinceps tollit Apostolus Corinthiorum errorem, dicentium aliquid gratias insculi baptismi virtute ministri.*

*Quid igitur est Apollo? Episcopus vel baptista velter. Quid B? vero paulus? id est, quid de nobis sentire debet? Et respondebit, Ministrum sum Eius, cui credidistis ad eum, Christi cuius fidem receperitis. Et unicuique eorum ac aliorum conuenit esse Christi ministrum. Sicut dominus dedit, hoc est, secundum quod deus præstiter gradum officij & gratiam donum.*

*Ego plantauis id est, primo fidei fundamenta annuntiaui, & predicando conuersti. Apollo rigauit id est, vos in fonte baptismatis lauit, & doctrinam vobis a me traditam sua predicatione perfudit. Sed ne ego nec ipse gratiam contulit.*

*Deus autem incrementum dedit id est, fructum, salutem & gratiam dedit, illuminando, purgando, ac perficiendo interiori. Propter quod scriptum est, Pater meus agnoscila est. Non est autem sic intelligendum, quin etiam deus sit principalis C plantator atque rigator. Ait nempe Saluator, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus celestis, eradicabitur. Et rursus, Ego te plantauis vineam elecam. Sed hoc vult Apo-*

Ioh. 15.

*stolus dicere, quod sua instrumentalis plantatio, instrumentalis rigatio Apollinis & ceterorum, erat dispositio ad recipiendum salutem a deo. Itaque neque Paulus aut alius ei similis Qui plantat secundum modum prædictum.*

Mat. 15.

*Neque Apollo vel similis Qui rigat vt dictum est, est aliquid ex se, vel comparatione eius, qui operatur interiori.*

Hier. 2.

*Sed qui incrementum dat deus id est, is qui salutem & gratiam donat, reputandus est, & ab illo debet se quisque nominare, non à Paulo aut Apolline. Qui plantat autem & qui ris-*

gat

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Dicit extrinsecus operando. Vnum sunt id est, ciuidem conditionis & deputationis. Vterque enim est seruus, nullus vero corum est operator interior. Quanvis autem huius sunt, non tamen aequaliter premaibuntur. Subditum enim, Vnus quisque autem ministeriorum dei Propriam hoc est sibi congruam Mercedem in patria Accipiet a deo Secundum suum laborem exteriorem vel interiorum, ad dei glorian ordinatum, hoc est, secundum exigentiam meriti sui laboris. Quomodo autem hoc intelligi debeat, multa possent induci. ¶ Sed breviter tangendo, scendum, quod merces seu premium essentiale, debetur & respondet feruori charitatis divinae. quanto autem quis deum plus diligit, & a vita purior, atque in bonis magis habituatus est, tanto delectabilius facit

E opus dei atque feruentius, & per conseqvens minus laboriose, presertim loquendo de corporali labore, & prout labor permanet ac fatigatioem includit. Quanto autem delectabilius & feruentius operatur, tanto amplius promeretur. Potest ergo contingere (imo contingit quotidie) ut homo perfectus qui minus laboriose facit opus dei, plus mereatur, quam homo imperfectus, tamen gratiam habens, qui cum granis labore eadem facit que perfectus. Dicendum ergo quod exteriori ac corporali labori responderet premium accidentale, charitatis autem feruori premium essentiale. Quilibet ergo recipiet premium accidentale secundum suum laborem corporalem: sed quantum hic labor ex ampliori charitate procedit: tanto plus recipiet de premio essentiiali, quod est visio

F dei, que est tota merces, & vita eterna. ¶ Quod autem quidem secundum suum laborem accipiet, patet. Dei enim suis libet secundum suum laborem accipiet, patet. Dei enim suis audientes. Hoc est, cooperatores instrumentaliter operantur, materiamque fornicis preparando. At autem Dionysius, quod omnium diuinorum diuinissimum est dei cooperatorem existere in reductione rationalis naturae ad suum principium. Dei agricultura, id est, ager a deo colendus

Est per hoc, quod deus de cordibus vestris vitiorum, & passionum spinas extirpat, virtutum semina inserit, gratiae fecunditatem largitur. Et ita dicitur homo agricultura dei, per similitudinem campi quem rusticus colit. Sicut enim ecclesia appellatur vinea domini, sic dicitur agricultura ipsius Dei edificatio id est, domus seu edificium mysticum a deo

per

IN EPIST. AD CORINTH. I. 102

per gratiam edificatum Estis. Congregatio quippe fidelium dicitur domus & templum seu tabernaculum dei. Primo, quoniam deus fidelis per charitatem consolidat, atque connectit. Secundo, quia per gratiam mentes eorum inhabitat. Secundum gratiam dei, que data est mihi. Hoc est secundum dum apostolatum, & sapientiam misericordia spiritu sancto infusam. Ut sapient, id est, in diuinis eruditus atque discretus Architectus id est, spirituialis huius adieci principalis constructor, per comparationem ad alios, qui vobis praedicaverunt, quoniam non sum inter Apostolorum architectus (cum mea reputatione sum minimus Apostolorum) & hoc ipsum quod meipsum architectum appello, non inlaetor dico, quia non mihi, sed gratia dei illud attribuo. Fundamentum id est, fundamentale doctrinam, initialem predicationem, B fidem seu Christum Jesum in cordibus vestris instrumentaler & dispositivae, quoniam primo vobis praedicauis, vosque conuersti ad fidem. Vnusquisque autem vestrum videat, Ephe.2.1 id est, diligenter perpendat. Quomodo superedificet id est, qualem structuram operum huic fundamento fidei superponat, ne eura eius discordentia fide, ne deum quem ore confiteretur factis neget. Vel sic, & melius, ut sequentia verba insinuant. Vnusquisque predicatorum docentium vos videat, quonmodo superedificet, id est, qualia documenta vobis proponat, ne sua doctrina fundamento a me posito contradicat. Fundamentum enim diuid nemo potest ponere, id est, veraciter predicare, aut salubriter colloquere. Preter id quod positum est id est, euangelizatum est nobis, & constitutum a patre, quod est Christus Iesus qui est solus fundamentum uniuersale, principale principium uniuersae eccliesie, quoniam ex se stabilitatem haberet, & stabilitat alios. De quo Petrus ait in Actibus, Hoc est omnis dominus, & non est in aliquo alio salus. Apostoli vero dicuntur fundamenta secundaria & particularia in Christo fundamento. Ipsi enim post Christum fundauerunt ecclesiam. Propter quod in Apocalypsi scribitur, quod murus ciuitatis habet fundamenta Apocal.21 duodecim. Et Psalmista pluraliter ait, Fundamenta eius in montibus sanctis. ¶ Porro Christus secundum diuinam naturam, & pater ac spiritus sanctus, sunt unum fundatum electorum simpliciter prium, & fundans non fundatum. Christus

A Esa.5.

Matth.25.

Marc.12.

Gene.28.

1.Cor.15.

Ephe.2.1

Tit.1.6

2.Tim.2.

Act.10.

Act.4.

Apocal.21.

Psal.86.

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Christus autem ut homo, verbo natus, vel potius ut humanitatem verbo natus habens, id fundatum immeditum, & proximum post trinitatem, & tamen in deo fundatum, & toti ecclesiae conferens stabilimentum. Quemadmodum enim Ephes.4. caput Christi deus, sic & fundatum Christi deus. Si quis autem superedificat docendo vel operando, *Supra fundatum hoc quod est Christus seu fides, Aurum, id est, amorem vel contemplationem diuinorum, Argentum, id est, dilectionem proximi seu speculationem intellectuum, atque celestium creaturarum, per quas deus euidentius, subtiliusque cognoscitur, Lapidés preciosos, id est, opera virtuosa seu verba efficacia, Lignum, scenum, stipulam, id est, ynam doctrinam magis vel minus nocuam, non tamen hereticam, nec mortaliter vitiostam. Vel, per lignum, scenum, stipulam, intelliguntur pecata venialia triplicem gradum habentia, ut per ligna definguntur peccata venialia magis tenacia & mortalibus violentiora, qua ardebunt diutius, nisi modo purgantur, quemadmodum lignum diutius ardet quam scenum aut stipula. Per scenum vero signantur peccata venialia medius modo se habentia. Per stipulan peccata leuissima, que citius purgantur quam prædicta, sicut & stipula citius coluntur quam scenum aut lignum. ¶ Denique venialia ista dicuntur adficari supra fiduci fundatum, iuxta illud, Non enim procedunt ex fide, nec innituntur ei, sed sunt simul cum ea. Non enim charitatem extinguunt. Simili modo dicimus aliquam ciuitatem sitam supra mare, id est, iuxta mare, secundum quem sensum ait Psalmista, Qui fundavit terram, super aquas, id est, iuxta eas, Vnde cuiusque opus manifestum erit, id est, in publicum deducetur & innotescet, non solum deo & propriae conscientie, sed etiam aliis, quando dominus illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium. Vnde ait saluator, Nihil operis quod non reuelabitur. Dies enim domini, id est, dies iudicij, vel potius dominus in die iudicij. (Dies namque & tempus dicuntur facere ea que sunt in die & tempore) Declarabit opera singulorum qualia sunt, Quia in igne conflagrationis, Reuelabitur, id est, manifestabitur dies dominii, vel dominus qui venturus est iudicare per ignem, cuius maiestatem ignis ipse ostendet. Vel, reuelabitur opus cuiuslibet, sicut subiungitur, Et unicuius opus quale sit, ignis probabit, id est, ostendet.*

Psal.115.

1. Cor.4.

Luc.12.

IN EPIST. AD CORINTH. I. 103

ostendet. Quod potest intelligi vel de igne purgatorij quantum ad eos qui interim moriuntur, vel de igne conflagrationis praecedente iudicium, quo exuritur facies mundi: de quo in Psalmo, Ignis ante ipsum precedet. Vel de igne externo, legem iudicium. Ignis autem conflagrationis mundabit & emundabit eos, qui superedificauerunt lignum, scenum, stipulam. Qui vero superedificauerunt aurum, argentum, lapides preciosos a quolibet igne horum erunt securi. Ideo sequitur, Si cuius id est, alicuius Opus manserit, id est, intactum & inconsupsum perseuerauerit ab igne tanquam non habens culpam admixtam, Quod superedificatum est, id est, opus tale in fide fundatum, Mercedem accipiet plenam & indilatam. Nihil enim de opere suo amittet, & quod amauit inueniet. Si cuius opus arserit, id est, ignis penam pertulerit propter veniale admixtum, Detrimentum patietur, id est, minus de gloria obtinebit, quanto opus suum imperfectius ac cremabilis fuerit. Ipse autem homo sola venialia habens, Saluus erit satisfactio completa. Sic tamen quasi per ignem, id est, ignis sustinendo ardorem, secundum culpam sua exigentiam. ¶ Denique sicut exposta sunt haec pro tempore iudicij vniuersalis, ita intelligi possunt de die particularis iudicij, vt dies dominii dicatur dies mortis, quo deus hominem visitat, rollens eum de vita presenti. Illa itaque dies, seu dominus in die illa, declarat quale sit opus hominis, quem statim cum mortuus fuerit, iudicat, quia in igne purgatorij reuelatur seu declaratur, quale sit opus hominis, & vniuersaliusque opus quale sit, scilicet parum vel impurum, ignis purgatorij probabit: non quod omnes illum ignem sustinebunt, quia nec de omnibus simplificerit est iam fermo, sed de his omnibus qui manent in fundamento, hoc est, in Christo per gratiam, & superedificant opera perfectionis, quae non ardent, vel opera imperfecta quae ardent. Si cuius opus manserit immune ac liberum ab igne purgatorij, vt sine opera significata per aurum, argentum, & lapides preciosos, quod superedificatum est, hoc est, opus hoc in Christo, seu in fide fundatum, mercedem accipiet & gloriam sempiternam sine mora, ita quod euolabit. Si cuius opus arserit in purgatorio, detrimentum patietur, penam luendo gloriamque minorem habendo. Ipse autem saluus erit, cum fuerint opera eius dignae cremata & expurgata: sic tamen quasi per

Psal.95.

Esa.40.

Psal.65.

C

**CAP. 3. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.**

D per ignem purgatorij, per quē transibit ad gloriam, quoniam non difcessit à fundamento, nec aliquid præstulit deo: sed ultimo fini magis infest, quam alicui bono creato, quanvis à terrenis affectibus non fuerit satis mundatus. **(¶)** Deinceps ostendit apostolus, cur aliquis mereatur omnino petire, eternaliterque damnari. **Nescit** imo scire debetis, **Quia** templum dei estis **vos**, in quo dominus habitat per charitatem & gratiam. Qui enim manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Et spiritus dei videlicet spiritus sanctus, **Habitat in vobis**, de quo spiritu dicit salvator, Ego rogabo patrem, & alium praecletum dabit vobis, vt maneat vobis in eternum. Omnes autem fideles re & nomine sunt vnum templum dei, id est, una ecclesia propter mysticam unitatem, seu unam fidem, atque induviduanam charitatem. Et vniuersique eorum est templum dei. Dicitur autem homo templum dei non solum propter animam, in qua deus per gratiam commoratur (nam animam, & deo subiectam in qua gratia mentis, & per consequens inhabitatio dei redidit). Dicit enim alio loco apostolus, Nescitis, quia membra vestra templum sunt spiritus sancti? Et iterum, Glorificate & portate deum in corpore vestro, Si quis autem templum dei violauerit, hoc est, credentes peruerterit, falsa docendo aut impie operando. **Disperdet**, id est, diuersum de perdet, illum deum damnando illum anima & corpore in eternum. Sed si quis materiale templum violauerit, erit castigatus. **Templum enim dei viuum & spirituale, Sanctum est formaliter, quod est usus qui in baptismio sanctificati estis,**

**Ephes. 4.5.** & per opera bona exercitati. **Nemo vos educat laudando, blandiendo, simulando, ornante loquendo, aut famili modo.** Si quis uidetur inter vos sapientem esse in hoc seculo, id est, secularem sapientiam habere, sc sapientem putare, & ab aliis sapiens reputari, **Stultus fiat mundo, id est, taliter sapientiam à se repellat, scipsum stultum reputet, faltem in se, quia ex scipo non habet nisi ignorantiae tenebras: nec cupiat in mundo sapiens reputari, sed amet nesciri.** Ut sit sapiens deo, id est, vt veram sapientiam mereatur à deo acquirere. **Sapientia enim huius mundi, id est, carnalis prudentia (de qua dictum est ad Romanos, 3.8. Prudentia carnis mors est).** **Stoliditas est apud deum, id est, à deo stulta iudicatur.** Imo & naturalis seu philosophica sapientia,

**IN EPIST. AD CORINTH. I. 104**

Pientia, quæ fide & dono sapientia non ornatur, stulta est coram deo, id est, infructuosa & tumida. Quod auctoritate scripturae probat Apostolus Scriptum est enim in libro Iob, Cap. 10. 5, prehendam, id est, concludam & capiam Sapientes mundi in astutia, id est, in appetitu sapientia eorum. Nostra translatio habet sic, Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, Eze. 4.4. & consilium prauorum dissipat. Cui consonat quod per Esaiam psal. 93. de domino dicitur, Conuertens sapientes retrosum, & scientiam eorum stultam faciens. Et iterum scriptum est, Dominus neuit cogitationes sapientium seculi huius. Quoniam vanitas sunt, Itaque litera ista est, Dominus neuit cogitationes hominum, quoniam vanas sunt Itaque nemo gloriatur hominibus, ita & tanto se baptizatum seu doctum ab illo, vel illo, sed in solo domino gloriatur. **Omnia enim vestra sunt, id est, vestra seruitut & levitatis parata & deputata,** Sie Paulus, Sie Apollo, B sie Cephas, id est, Petrus archiaphotolus, Sie mundus iste sensibili scilicet corpora celestia elementa & mixta. De corporibus enim celestibus Moses in Deuter. Solem, Iunam, &c. Deut. 4: omnia astra cœli creavit dominus deus tuus in ministris suis gentibus. Et Psalmista, Omnia, inquit, subiecti sub pedibus eius. Et in Genesi dominus loquitur, Faciamus hominem, & præstis bestias terræ, & pescibus maris, & avibus cœli, vniuersae creature. Sed & angelii administratori spiritus sunt, Sie uita, id est, operatio nostra vt vobis proficiat, Sie mors corporalis vt pro vobis si opus fuerit, sustineatur, Sie presentia beneficia dei quæ habetis in re, Sie futura promissa quæ habetis in spe. Omnia enim haec Vestra sunt aliquo modo do ut dicuntur est, **Vos autem estis serui atq; discipuli Christi & Rom. 14: estis eius iure creationis, gubernationis ac liberationis, Christi psal. 2: suis autem de Christis secundum diuinam naturam est dei pars tanquam unicus & naturalis filius eius. Secundum humanitatem vero est dei, tanquam minister ipsius factus obediens vsque ad mortem. De quo deus ait per Esaiam, Ecce intelligit seruus meus, & exaltabitur. Hinc etiam filius dicit ad patrem, Omnia mea tua sunt. Et Ego nō quero gloriam meam.** Ioan. 17: 10. 1. 17.

**Cap. IIIII. Sic nos existimet homo ut ministros Christi.**

**ARTICVLVS IIII.**

**PRÆTEREA**

Cap. 4. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D. R AETEREA docet Apostolus, quid debeat subditu de superioribus suis sentire, ne plus quam decet, magnificentem eos contemnant, si forte in aliquibus minus excellentes videntur. *Sie nos Apostolos, & predictatores, ac Christi vicarios existimem homo quinque fideis. Ut ministros Christi non vt principales, aut gratiae collatores, Et (vt) dispensatores, hoc est, exhibitos seu distributores Mysteriorum dei, id est, diuinorum sacramentorum. Vel, mysteriorum dei, id est, ecclesiasticorum officiorum. Hic iam queritur, id est, a vobis Corinthiis interrogatur, atque discutitur. Inter dispensatores 2. Cor. 2. ut fidelis quis inueniatur, id est, quis dispensatorum istorum sit verus dispensator, cui possit dispensatio securè committi. Corinthiis enim inter dispensatores hos discernebant, unum approbatentes, alium reprobantes. Sed quia homines (anci) tale 1. Thes. 2. iudicium non formidant, nec reputant, subditur. *Mibi autem pro minimo est, id est, nihil pondera. Vi a vobis adhuc carnisibus iudicet iudicio reprobacionis, tanquam a dispensatori indignus. Aut ab humano die, id est, ab homine in hoc tempore peregrinante. Sed neque meipsum iudicio absoluto ac definitivo, demandando videlicet meipsum. Debet tamen homo iudicare scipsum iudicio discussionis & reprobacionis opinatus, astimando se peccatorem villem ac miserum. Nihil enim nisi confiteam sum, id est, de nullo peccato remorsum conscientia habeo, de prateritis enim satisfact, & scio quia inducta sunt mihi. Nec obflat, quod alibi dicit, *Venit Christus peccatores falsos facere, quorum ego primus sum. Hoc enim dixit habendo respectum ad tempus preteritum quo persequebatur ecclesiam. Qui autem iudicat me, id est, ad quem pertinet absolute iudicare de secretis cordis mei. Dominus est qui solus nouit corda humana, nam & pater omne iudicium dedit filio.***

*Iaque. 5. nolite ante tempus extremi iudicij iudicare iudicio definitivo de secretis & dubiis, maximè aliorum. Quousque ueniat dominus ad iudicium. Qui & illuminabit absconditae nebrarum, hoc est, peccata occulta faciet manifesta, ponendo ea in lumine cognitionis. Sicut ait, Nihil occultum quod non sciatur. Et manifestabit consilia cordium an bona & iusta fuerint, an non. Prout per Esaiam protestatur, Ego autem opera eorum & cogitationes coru venio ut congregem. Et tunc laus, id est,*

*Epist. Galat. 4.*

*Corinthiis interrogatur, atque discutitur. Inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur, id est, quis dispensatorum istorum sit verus dispensator, cui possit dispensatio securè committi. Corinthiis enim inter dispensatores hos discernebant, unum approbatentes, alium reprobantes. Sed quia homines (anci) tale iudicium non formidant, nec reputant, subditur. *Mibi autem pro minimo est, id est, nihil pondera. Vi a vobis adhuc carnisibus iudicet iudicio reprobacionis, tanquam a dispensatori indignus. Aut ab humano die, id est, ab homine in hoc tempore peregrinante. Sed neque meipsum iudicio absoluto ac definitivo, demandando videlicet meipsum. Debet tamen homo iudicare scipsum iudicio discussionis & reprobacionis opinatus, astimando se peccatorem villem ac miserum. Nihil enim nisi confiteam sum, id est, de nullo peccato remorsum conscientia habeo, de prateritis enim satisfact, & scio quia inducta sunt mihi. Nec obflat, quod alibi dicit, *Venit Christus peccatores falsos facere, quorum ego primus sum. Hoc enim dixit habendo respectum ad tempus preteritum quo persequebatur ecclesiam. Qui autem iudicat me, id est, ad quem pertinet absolute iudicare de secretis cordis mei. Dominus est qui solus nouit corda humana, nam & pater omne iudicium dedit filio.***

*Iaque. 5. nolite ante tempus extremi iudicij iudicare iudicio definitivo de secretis & dubiis, maximè aliorum. Quousque ueniat dominus ad iudicium. Qui & illuminabit absconditae nebrarum, hoc est, peccata occulta faciet manifesta, ponendo ea in lumine cognitionis. Sicut ait, Nihil occultum quod non sciatur. Et manifestabit consilia cordium an bona & iusta fuerint, an non. Prout per Esaiam protestatur, Ego autem opera eorum & cogitationes coru venio ut congregem. Et tunc laus, id est,*

IN EPIST. AD CORINTH. I. 105

*id est, sententia salutaria & meritorum protestatio Erit uni A cunque bene agenti A deo, id est, Christo iudice, quasi dicatur. Tunc nullus laudabitur, nisi quem deus laudauerit, & omnem laude dignum deus laudabit. *Hec autem fratres transfigura- uia in me & Apollo, id est, ita qua scripsi de vestra gloriatione inani, qua quilibet gloriatur in eo qui sibi eloquentius videatur & doctior, vel cui magis afficitur, gratia exempli seu figura iter dixi de me atque Apollo, quam tamen non gloriaremini in nobis, sed magis in pseudo apostolis, & mundi huius philosophiae magistris, quos nolui nominatum exprimere, ne ma- ior diffusio fieret, sed loco illorum expressi me & Apollo, quatenus eidem rationibus quibus probauit non esse gloriantum in Apollo & me, intelligatis non esse gloriantum in his, in quibus gloriamini. Quod vtique feci. Propter was, id est, ad B vestri instructionem, videlicet, *Ne supra, id est, ultra, quam scriptum est in Hierusalem ubi inueniendum in deo, non in homini- bus gloriari, Vnde vestrum Adversus alterum infestus tumo- re superbia, Pro aio, id est, zelo baptista vel doctoris, ad quem inclinatur. Si enim apostolus illos pseudo nominasset, 1. Cor. 10. Corinthiis superbient contra seculicem, vnoquoque eorum zeante pro suo doctore sive baptista. ¶ Non autem debes o Sapien. 4. homo cota aliua intumescere. Quis enim te discernit? id est, quiste ab alio facit diffire? Quis te ab alio distinguat ac se- parat, dignitate & merito, vt contra eum insuleris, & ei te pra- feras? ¶ Et quoniam posset quis allegare suam perfectionem, dicendo, quod virtuosior esset ac melior seu doctior alio, huic vanitati responderet Apostolus, *Quid autem boni in donis na- turae vel gratia, Habes quod non acceperis? a deo mediate vel immediate, a quo est omne donum optimum, & datum perfe- Jacob. 1. cum. Si autem acceperis hoc modo Quid gloriari in te vel 1. Thes. 5. creaturis, Quasi non acceperis? ita bona a deo. Itaq; deo gra- tias age, & in ipso latare, & quanto maior es, humilia te in om- nibus, vt deo humilitatem iubent tanto promptius pareas, Eclë. 3. Matth. 11. quanto plura bona ab eo receperis. Vnde ait Gregorius, Tan- Greg. to esse humilior, atq; ad seruendum deo promptior quisquis Luce. 12. debet ex munere, quanto obligatoriem se conficit in reden- da ratione. Quanto enim quis maiora a deo suscepit dona, tan- to amplius obligatur deo in omnibus obedire ex charitate syneca. ¶ Infuper amplius ironice loquens, Corinthiorum o presum-****

Cap. 4. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D præsumptionem redarguit dicens, *Iam saturati estis saturitate spirituali, de qua dicitur, Beati qui eliruntur sultitiam, quoniam saturabuntur. Itaque saturati estis, cibo anima; scilicet pane vita, & aqua sapientia. Iam dñites sati estis, id est, diuinis charismatibus adimpleti. Sine nobis regnatis, id est, auxilio nostro non indigetis regendo vosipos. Quod autem hoc non asserendo, sed increpando & cōdolendo dicatur, pandunt verba sequentia, Et utinam regnetis ueraciter iuste regendo nos inuenire, & vitis præualendo, Vi & nos regnaremus ubiqꝫ, id est, consortes essemus atque particeps meriti vestri, atque tanta perfectionis. Et hoc merito dico. Puto enim ironice autem loquuntur, Deus nos apostolos vniuersos, Nouissimos, id est, iunos & vilissimos, ostendit cum tamen secundum veritatem simus à deo cōstituti principes mundi. Ostendit autem nos tanquam morti destinatos, id est, ad moriendum missos, quasi ad nihil vtiles simus, nisi ut occidamus, Quia spectaculum id est, obiectum, precepit & cuiusdam admirans inspektionis, Fati sumus mundo, id est, hominibus impiis & mundanis, Et angelis bonis ac malis. Et hominibus rationabiliter pīc uidentibus. Quemadmodum enim ad spectaculum aliquod magna hominum confluit multitudo sic ad inspiciendum personas & perfections apostolorum, homines concurruunt: impii, vi irridenti; damones, vt fortitudinem mentis auferrent: angelis sancti, vt intus confortarent: homines pi, vt condolearent. Potest tamen legi assertio sine ironia: vt sit fensus. Puto enim, id est agnoscere, quod deus nos apostolos nouissimos, id est, infirmos & abieciōs, ostendit, id est, apparere fecit dando*

EPIST. F nobis præcepta spernendi mundū & cuncta quæ mundi sunt, predicandi quoque crucem Christi, & mundi contemptum. Hebr. 12. Nos stulti propter Christum, id est, amore Christi, sicut agimus quod à mundo stulti & infensati putamus, *Vos autem prudentes estis In Christo secundum estimationem vestram superba.*

Nos infirmi reputamur, & propriam infirmitatem agnoscimus, *Vos autem fortes,* id est, virtuosi estis, vt opinamini, qui putatis vos non indigere nostro auxilio. *Vos nobiles, nos ignobiles.* Totum ironice dicitur, vt confundantur & corrigan-2. thes. 2. tur carnales. Apostoli quippe carne & spiritu nobiliores erant Roma. 8. Corinthiis, quoniam semen Abraham erant, & primi pīc spiritus sancti repererunt. *Visque in hanc horam,* id est, affidue

*Et eis*

IN EPIST. AD CORINTH. I. 106

Et esurimus & stimulis & nudi sumus, id est, inopiam cibi, potus A ac vestium patimur. Vnde alibi dicit apostolus, In fame, & si- z. Cor. 7. ti, & frigore, & nuditate. Tunc impluētum est verbum Christi, quod dixit, Veniet tempus, cum auferetur ab eis sponsus, & Matth. 5. tunc ieuiabuntur. Et colaphis cedimur tanquam blasphemari, Marci. 8. Et instabiles sumus fugiendo de loco ad locum. Iuxta illud, Lucas. 5. Cum persecuti vos fuerint in unam civitatem, fugite in aliam, Matt. 10. Et laboramus operantes manibus nostris, pro victu atque vesti- Luce. 6. tu. Maledicimus à peruersti. Et benedicimus, id est, bona eis dicimus, prædicando ipsiis verbum salutis. Persecutionem pa- timur propter iustitiam, Et sustinemus libenter amore Chri- sti. Ibant enim Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quo- Act. 5. niam digni habiti sum, pro nomine Iesu contumeliam pati. B Blasphemamus, id est, crimen blasphemiae nobis imponitur, Roma 3. Et obsecramus deum pro blasphemantibus. Tanquam purgari Ioan. 15. menta huī mundi facti sumus, id est, reputamur à perfidis, qua- si immunditia quedam, inficienes hunc mundum nostra do- critina. Idecreo cum occidiātur, putant mundū purgari ab ho- minibus pestilentiis, sicut efficiuntur mundi purgamenta: factique sumus, Omnia peripsema uia que adhuc id est, velut su perfluita quedam generis humani, ita vt apti non simus ho- minibus fociari, sed tolli. Peripsema autem vocatur purga- mentum ferri vel pomii seu alterius rei, illud videlicet quod auferunt à materia rei vt purgetur, sicut est limatura aeris aut ligni. Non ut confundam vos seruo hec finitam. Est autem con- fusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam, vt dicitur in Ecclesiastico. De prima confirmatione lo- quitur modo apostolus. Non enim intendebat eos finaliter cō C fundere, sed corrigeri, sicut subiungit, Sed ut filios meos spi- rituales Chariſſimos, id est, valde dilectos. Etsi non propter bonitatem & meritā vestra, tamen propter bonitatem diuinā, Moneo, hoc est, ad meliora exhortor. Merito autem vocau- vos filios. Nam si decem milia paedagogorum, id est, quantam- cunq; multitudinem eruditantium vos, In Christo testi, id est, in fide & euangelio salvatoris, Habeatis. Dicitur autem pa- dagogus instrutor pueri, Sed non multos patres spirituales Rom. 12. habetis ab hoc, hoc est, genitores qui vos in Christo genuerūt, conuertereo vos primo ab esse carnali & infidelī ad esse spiri- tuale atque diuinū. Talis autem pater ego fui. Nam in Christo

PINTS.  
o ij Iesu

Cap. 4. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D<sup>r</sup> iesu, id est, in eis Christiformi seu statu Christiano, Per ea angelium, id est, per euangelium sapientiae predicationem,

Ego uos genui instrumentalisiter, scilicet ante alios proponendo vobis euangelium Christi, & ad fidei susceptionem animas ve-

Malac. 2. stras disponendo. Veritatem vnuis est pater noster in celo, quem solum debemus patrem vocare, id est, omnis paternita-

Roma. 4. tis efficiam & gratiam ei praesertim adscribere. Rogo ergo

Iohann. 13. uos fratres imitatores mei esote, tanquam boni discipuli, obe-

Malac. 2. dientesque filii, quatenus sicut ego Christi vestigia sequor, ita & vos viam meam, id est, virtutes sequamini. Ideo misi ad

philipp. 2. uos Timotheum latorem huius epistola. Qui est filius meus char-

issimus, ex fidelis in domino qui uos commonescat, id est, admonen-

endo vos instruat, Vias meas, id est, praecepta & documen-

Eta. 1. ta que sunt in Christo Iesu, hoc est, secundum voluntatem &

doctrinam ipsius, in nullo enim a Christo discordo. Sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, sic

infati sunt quidam, ex vobis tumore superbiae, glorianteis in eloquentia & doctrina philosophorum, & tam imperterte-

sic inflantur, quafi non esse uenturus ad vos. Solent autem

discipuli a malis retrahi timore aduentus magistrorum. Veniam autem ad uos cito si dominus uoluerit cuius voluntas supponen-

Jacob. 4. da est semper. Lux illud, Dicatis, si dominus uoluerit, & si

vixerimus faciemus hoc vel illud. Et cognoscatis, id est, at-

tendam & examinabo. Non sermonem rhetoricum Forum qui infati sunt, sed uirtutem, id est, vitam virtuosam, an habe-

ant, seu opera miraculorum. Non enim in sermone, id est, ver-

Fbis pulchris Est regnum dei, id est, meritum attingendi, ac

percipiendi regnum celorum. Sed in uirtute bone conser-

uationis consistit. Ait enim Saluator, Non omnis qui dicit mihi domine, intrabit in regnum colorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Et ruris. Qui audit verba haec, &

Ibidem. non facit ea, comparabitur viro stulto. Verba enim sine ope-

re sunt folia sine fructu. Arbor autem que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quid uultis, id est,

quod ex his duobus eligitis, scilicet in iugis, id est, rigore iustitie & occulto charitatis affectu, videlicet et animo discipli-

Ephes. 4. nandi, Veniam ad uos, an in charitate aperta. Et spiritu man- suetudinis? id est, animo manueto & indulgenti? Quoniam hoc secundum sit praeceptandum, potius tamen optandum est

primum,

IN EPIST. AD CORINTH. I. 107

primum, quam carere boni patris aduentu, quanuis rigoroso. A Meliora nempe sunt vulnera diligenter, quam oscula adulan- Propterea. 27. tis, ut at scriptura. In preinductio omnibus consideratur di- Luke. 10. sceratio sancti Apostoli, qui verbis duris & reprobatoris, verba charitativa aquae fluvia miscet, infundens vinum iusti- tie, & oleum pietatis, vt sanet animas vulneratas. Virtutes quoque suas tam diligenter describit, non ob propriam lau- dem, sed ut imitemur semitas eius.

Cap. v. Omnino auditur inter uos fornicatio.

ARTICVLVS V.

**A**CCEDEIT deum Apostolus ad particulariorem increpationem Corinthiorum, & ait, Omnino audi- B tur inter uos fornicatio, id est, omnibus modis sci- tur, narratur, atq[ue] percipitur a me, & ab aliis, quod inter vos fit fornicatio, qua est illicitus concubitus: Et talis, hoc est, tam infamis & nefaria fornicatio, quod in nec inter Gentes incredulas auditur seu esse percipitur. Ita ut uxorem patris sui defuncti Aliquis vestrum Habeat coniugem. Lira videtur haec sic intelligere, quod mulier illa fuerit etiam mater istius: sed verius creditur quod erat eius no- uerca. Talis autem fornicatio est incestus, pena mortis prohibitus. Unde in Leuitico, Qui dormierit cum nouera sua, mor- Leuit. 20. ti moriatur. Unde & Rubens dicitur in Genesi, Non crescas Gene. 49. quia ascendisti cubile patris tui. Et uos infati estis, tumore elationis, id est, ex superbia neglexistis tantu scelus corrigerere, scilicet propter multas vestras contentiones, quibus occupati C omittitis opera charitatis. Et non magis iustum, id est, com- paitionem & fleetum. Habiuitis deplorando tanu horrendum placitum proximi. Ut tollatur de medio uestrum, id est, separe- tur a vobis per excommunicationem. Qui hoc opus fecit cuius omnes participes estis quodammodo, sustinendo talem inter vos. Ego quidem Paulus Abfis a vobis iam Corpore, praesens au- tem spiritu, id est, consideratione, & animi sollicitudine. Sicut & Helius praesens erat, cum Giesi accepit munera Naaman 4. Reg. 3. Syri, tam iudicauit tanquam praesens spiritu. Vel sic, ac si corporaliter praesens esset, Eum qui sic operatus est, id est, fornicatorium illum. Sic autem iudicauit eum. In nomine domini nostri Iesu o iii Iesu

Cap.5. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, hoc est, cum collecti fueritis publice in nomine Christi & in meo spiritu, id est, in vera concordia, habendo videlicet spiritum seu charitatem affectum adiuuicem, sicut & ego ad vos habeo, Cum virtute domini nostri Iesu Christi, hoc est, potestate & autoritate Christi, qui cooperabitur vobis, Tradere huiusmodi Satane, id est, ut tradatur talis fornicator diabolo, per sententiam excommunicationis. Et hoc et in interitu carnis, id est, ad hoc, ut dämon eum corporaliter affligat. In primitiva namque ecclesia, ad fiduci confirmationem, solebat excommunicationem fieri corporalis vexatio demonis, quoque peccator penitenter: & si non penitebat, vexabatur quoque animam exhaustaret. Hanc potestem præfertim habebant Apostoli, ut sicut

Matt.10.

E ab oblesis poterant demones cicerere, ita enormiter delinquentes poterant demoni tradere, corporaliter tribulandos. ¶ Sed quia hanc corporis poemam ordinauerunt ad animam salutem, subditur, Ut spiritus saluus sit, id est, anima eius salua sit, In die adventus domini nostri Iesu Christi, in die iudicij vniuersalis, seu particularis, vel in die mortis, quod credit in idem. Nam qualis quis moritur, talis deo in die iudicij presentabitur. ¶ Ex predictis concludit Apostolus, Non est bona gloria nostra Corinthis, quia vel de baptistis & ministris glorianto contenditis, mutuoque preferitis, & ex hoc fraternali correctione negligitis. Vel, gloriatio, quia vos iustos iactatis bona non est, eo quod tantum peccatum inter vos toleratis. Qui enim non corrigit cum potest & debet,

Zacobi.3.

F communiciat delinquenti, & particeps est peccati. Post haec ostendit, quam periculorum sit congregationi sustinere peruersum. Necepsis quia modicum fermentum, id est, parva pars infectiosa, totam massam corruptit? id est, vniuersam materiam inficit? sic vnum peccatum, seu vnu peccatis & peruersus videlicet consensu huius peccati, & fornicator huiusmodi totam massam, id est, vestrans congregationem contaminat, inficit, & seducit, nisi auferatur tale fermentum.

EPIST.

10an.13. Expugnate ergo uetus fermentum, id est, consensem peccati iustius, & authorem peccati huius amouete à vefita communione. Ut sis noua confersio, id est, gratia baptismatis & virtutum operibus innouati, Sicut elis azymi, id est, à peccati fermento alieni effecti in fonte baptismi. Azyma dicitur,

IN EPIST. AD CORINTH. I.

108

dicitur ab a, quod est sine, & zyma quod est fermentum, quasi a fine fermento. Conspersio autem & azyma idem sunt, vt pote farina per aquam glutinata sine fermento: siue significant puritatem à corruptione peccati. Denique in fermento duo pensantur, videlicet sapor virtualis, quo efficit panem saporum, & ita per fermentum signatur doctrina cuagelica ibi, cum dicitur, Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farine tribus satis, donec fermentum est eti. Secundo consideratur in fermento corruptio adipis, & ita significat culpam, quae alios inficiendo corrupti, & ita nunc sumuntur. Sitis itaq; noua confersio. Etenim pax nostra immolatus est Christus. agnus paschal is pro nostra salute oblatus est Christus qui loquitur, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Deo qui ait Ioan. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Itemq; alibi, Dignus est agnus qui occisus est. Ipse enim verus est agnus, qui abstulit peccata mundi, qui morte nostrâ suis ipsius oblatione, tenore destruxit. Ipse quoq; est pascha nostrâ, i. transitus noster, probando nobis exempli trahendi de hac peregrinatione ad patriam. Propter quod ait, Ego sum via, veritas & vita. Pascha enim transitus dicitur. Huius agni figura fuit agnus ille paschalis seu legalis, de quo in Exodo legit. Vnde quod ibi habet, Os eius non costringit, ab Evgelista allegatus de Christo. Similiter ficut per effusionem anguis agni illius liberaliter filii Israel ab angelo deuasitate, seu plaga Aegypti: sic nos effusione fanguinis Christi liberarum à potestate diaboli & ruina peccati. Insuper sicut carnes agni illius mäducabant cū azymis panibus: sic fideles vivere & Christi corpus comedere debet sine fermento peccati. Ideo subditur, Itaq; epulemur .i. in dño deliciemur ac nutriamur, Christi sacramentis vescamur, & ei incorporemur. Nō in fermento ueteri, i. nō in iniquitatibus nostris antiquis ac solitis, Nec in fermento malitia, i. peccato ex deliberatione animi facto: iuxta illud, Dixit iniustus, ut delinquat Psal.135. In similitudo, Et iniquitas, i. nō in fraudulenta, alijsq; nocuâ cōueriatione: prout Petrus moneret, Deponentes omnē malitiam & 1.Pet.2. dolum & simulationes & iniurias. Sed in azymis, i. operibus Psal. 50. Synceritatis, i. internae puritatis, ut habeamus cor mundum, Et 10an.1. ueritatis, i. iusticie, etiā quātū ad proximos. Vel, in azymis ueritatis, i. cibis sancte cōficationis, & illuminati cognitionis.

Matth.13.

Luc.13.

Hierc. II.

Ioan.1.

B Apoc.6

Exod.14.

Ioan.14.

Exod.12.

Ioan.19.

Aeto.20.

1. Petri. 1.

Ioan.6.

o iiiij Scripti

*Scripsi uobis in epistola. Sciedū quōd apostolus ante mis-  
fionem praeuentis epistole, misit Corinthiis epistolam quan-  
dam, quæ non habetur in qua iussi vt non miscerentur forni-  
cariis, quod Corinthij non bene intellexerunt, putantes apo-  
stolum loqui de spirituali fornicatione, quæ est idolatria.  
Ideo nunc exponit verba illie scripta, & ait. Scripti vobis in e-  
pistola illa quam non habemus, Ne commisceamini fornicariis  
familiaritate, communione, aut cohabitatione, & Non utique  
fornicarii huius mundi .i.hoc scripti, vt non misceamini for-  
nicariis huius mundi, id est, publice criminosis, de quibus sub-  
iungitur, Aut avarus, aut rapacius .i.volatilis ablatoribus rei  
alienæ. Aut idolis servientibus .i.idolatriis, qui tamen Chri-*

*E stiani esse volunt. Alioquin debueratis de hoc modo exisse id est,  
si aliter intellexissem quām sic, oportaret vos mundum omni-  
nino exire, si yetelis mihi acquiesceret. Nam si de gentilibus  
loquutus fuissim, non possetis verba mea implere, nisi mundū  
exundo, cum vbique demorentur gentiles. Nunc scripsi uo-  
bis in ista epistola clarius, Non commisceri, prædictis cri-  
minosis Christianis. De infidelibus namque non loquor, qui-  
bus etiam quomodo verbum salutis annunciareret, si vitare-  
tur? Ideo additur. Si iis qui frater id est, si Christianus No-  
minatur inter eos fornicator .i.notorius fornicator fuit et, & cō-  
uiuit. Aut avarus aliena tenendo, Aut idolis serviens, aut mas-  
tedicus id est, detraheret vel blasphemus. Aut ebriosus, aut*

*F rapax vel simili criminis vitiatus, Cum huiusmodi nec eum  
sumere, sed ei in omnibus evitare, vt erubescendo peniteat.  
Vnde alibi dicit apostolus, Subtrahitis vos ab omni fratre  
ambulante inordinate. Non ergo prohibet, cum infidelibus  
atque gentilibus sumere eum, præterea cum alias afferat,  
Si quis vocat vos infideliū ad cenā & vultis ire, omne quod  
vobis apponitur manducate. Deinceps ostendit apostolus,*

*quod de infidelibus non haberet dare præceptum. Quid enim  
mihi de his que foris sunt .i.quid specat ad me de infidelibus,  
qui extra ecclesiam sunt, nomine, numero, & re iudicare? id  
est, dare sententiam vt vitentur? Imo potius debet se fidelis il-  
lis pie applicare, vt conuertantur. Nonne de his qui intus sunt  
id est, fidelibus qui intra ecclesiam sunt nomine vel merito,  
Vos iudicatis! & non de his qui foris sunt? quia dicit at, Si vos  
non iudicatis de his qui foris sunt, ita nec ego. Non enim au-  
thoritatem*

*Hebr. 10.  
Ioan. 3.*

thoritatem habeo super eos Nāos qui foris sunt .i.infideles A  
Esa.37.

*Deus iudicabit iudicio dñationis, non discussiois seu di-  
sceptationis: sic enim iudicari iam sunt: iuxta illud, Qui non  
credit, jā iudicatus est, quia nō credit in nomine vngnati filij  
dei. Auferte malū .i.prædictū fornicarium, qui habet vxo-  
rem patris sui, Ex uobis p̄st .i.ex vestra societate. Qui enim  
tetigerit pīcē, inquitur. Et in Denteronomio dominis, Au-  
feres, (inquit) malū de medio tui, vt ceteri timorē habeat. De-  
bemus etiam auferre cogitationes malas, & omne peccatum de  
cordibus nostris, prout per prophetam dominus iubet: Aufer-  
te malū cogitationem vestram ab oculis meis.*

*Cap. vi. Audent aliquis vestrum habens negotium.*

## ARTICVLVS. VI.

B

*R Euocatis Corinthiis ab errore circa matrimonium,  
iam reuocātur ab errore circa iudicium, in quo  
multis modis errauerūt, vt patebit. Audent aliquis  
vestrū fidelis, autu temerario, nō metuens in hoc  
dei offendam, Habens negotiū .i.caufam iudicia-  
lem Aduersus alterū fidelē, iudicari apud iniquos .i.pro ha-  
bendo iudicio accedere iudices infideles, qui semper adver-  
santur fidelibus, et non apud sanctos? .i.iudices fideles nō in-  
terpellantur: Quod erat multipliceret malū. Dabatur enim per  
hoc infidelibus occasio opprimendi pauperes Christianos, &  
aspernandi ecclesiam, quā nō habentem personas ad iudicā-  
dum actiū idoneas. Dabatur quoque infirmis fidelibus occa-  
sio reputandi infideles, cum tamē dicat scriptura, Ad nihil  
deditus est in conpectu eius malignus. Ec occasio re-  
deundi ad idolatriam. Post hæc ostendit, quod fideles  
digniores sunt iudicare, quām perfidi. An neficitis, quoniam (.i.  
quod) sancti videlicet perfecti, vt apostoli & apostolicī viri,*

*De hoc mundo id est, homines habitantes in hoc mundo  
inferiori, iudicabunt per afflictionē & approbationem. Af-  
sidebunt enim Christo, ciusque sententiam omnes electi ap-  
probabunt, Vnde ait salvator, Vos qui sequuti estis me, sede-  
bitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel,  
Et Sapiens, Iudicabunt iusti nationes, & dominabuntur po-  
pulis. Et si (i. quia) in uobis .i.per sanctos, qui inter vos sunt,  
Iudicabitur mundus. Est autē mādus perditionis. i. collectio  
hominum*

Psal.14.

C

Matth.19.

Luc.22.

Sapien.3.

Cap. 6. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D hominū reproborum. De quo mundo ait Christus apostolis,  
 Ioan. 15. De mundo non es, sed ego elegi vos de mundo. Et alibi, Nō  
 Ioan. 17. pro mundo rogo. Est etiā mundus saluationis, de quo dicitur,  
 Ioan. 3. Sic deus diluxit mundum, i.e. collectionē hominum electorum,  
 Ioan. 8. ut filium suū vngenitum daret. Sancti ergo iudicabant mundum perditionis, iudicio reprobationis, sicut & Christus. Mū  
 dum vero saluationis iudicabant iudicio beatas prematio-  
 nis. ¶ Si ergo iudicabis mundū, hoc modo Indigni esis qui  
 de me minimis iudicetis? .i. indigni non esis iudicare de paruis  
 & secularibus causis, quod patet per locū à maiori. Etia. Ne-  
 scitis .i. scire vos conuenit, Quoniam angelos iudicabimus. Hoc  
 Luce. 10. cōmuniter de angelis apostatis intelligi solet, de quibus scri-  
 ptū est in Apoca. Draco pugnabit & angelii eius, quos sancti  
 Apoc. 12. cum Christo dānabunt. ¶ Sed quoniam dictum est, qd omnes e-  
 lecti iudicabunt per approbationem sententia iudicis, possu-  
 mus dicere, qd homines electi iudicabūt etiā angelos sanctos.  
 Pro cuius pleniori intelligentia aduertendū, qud meritum  
 & demeritum præmij essentielis, seu penae principalis, pō cō-  
 uenit his qui sunt in termino, sed qui in via. Angelii autē boni  
 & mali à principio mundi in termino positi sunt, per inau-  
 teribilem conuersiōne ad dominum, & incovertibilem auerſio-  
 né à deo, sicut Damascenus declarat. Ergo à principio mundi  
 iudicati sunt, quantum ad remuneratiōne principale, quae est  
 vel adoptio, vel carentia visioni diuinæ essentia. Veritamē  
 fuit angelii boni in premio accidentaliter proficiunt per hoc, qd  
 F homines eorū ministerio saluantur; sic angelii mali pœna acci-  
 dentalē sibi accumulantur, inducendo homines ad peccata. Pro-  
 pterea angelii boni & mali in die iudicii iudicabūt, quantū  
 ad præmiū meriti accidentalis, illud plene & ultimata percipiō-  
 dō. Et iudicabant homines electi angelos sanctos iudicio  
 approbationis. Quidā magis secularia? .i. multo amplius digni-  
 fūmus iudicare causas terrenas, & res téporales. Secularia er-  
 go iudicia .i. negotia mundana. Si habueritis, contempribiles qui  
 sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandā. Propter diligenter  
 confiderationē sequēriū cogimur ista dupliciter explanare.  
 Primo ironice .i. cum ironia tēu irrisione, nō vtq; passionata  
 sed charitatib; iusta, qua ad correctionē irrisi ordinantur: vt  
 sit sensus, Contempribiles qui sunt in ecclesia. i. viros impro-  
 bos & cateris viliores, constituite ad iudicandum, id est, tales  
 facite

IN EPIST. AD CORINTH. I. 110

facite. Propter quod fratres coacti sunt interpellare judices A  
 infideles. Simili tensu dicitur illud prophetæ. Immolate laude  
 Amos. 4. de fermento. Ad urecundiam uestrā dico .i. ad vestram confu-  
 sionē enarrō vos ita fecisse. Sic non est .i. ex vestro facto se-  
 qui videtur, qud non est Inter uos sapientis quisquid id est, cir-  
 cunspicetus quisquam & expertus. Qui posse iudicare interfra-  
 trem suū id est, inter proximum & proximum fide germa-  
 num. Sed frater cl̄fratre id est, vnu fideliū contra alium  
 In iudicio contendit, & hoc apud infideles scilicet judices. Se-  
 cundo exponit fine ironia, hoc modo, Secularia iudicia si  
 habueritis, contempribiles qui sunt in ecclesia id est, minus  
 deuotos, internos ac deformes, constituite ad iudicandum. i.  
 hortor vt tales ordinatis iudices. Sape enim contingit, vt mi-  
 nus contemplati & spirituales sint magis actiū, & in tem-  
 poralibus aptiores. Ad urecundiam vestram dico, qud non  
 fecistis hoc modo. Dicit autem beatus Gregorius, Terrenas Grego.  
 caulas examinent, qui rerum exteriorum sapientiam perce-  
 perunt: qui vero spiritualibus donis ditati sunt terrenis non  
 debent negotiis implicari. Augustinus quoq; Christūm (ait) August.  
 testem inuoco quia mallem quotidianū manibus ope-  
 rari, quām tumultuosissimas causarum prolixitates pati. Tam  
 quidem omnino delictū est in uobis, quod iudicia habetis inter uos  
 id est, hoc ipsum vestro peccato agitur, atque peccatum est,  
 quod inter uos negocia iudicio determinando habetis, inter  
 quos quies & pax esse deberent. Vnde concludit Augustinus, August.  
 Peccatum est, iudicium habere contra fratrem. Pro cuius fa-  
 no intellettū habendo addit periphrastes. Perfectis licet re-  
 petere sua simpliciter, sed sine causa sine lite, sine iudicio: sed  
 non conuenit eis inde mouere causam ante iudicem. Infirmis  
 vero licet repeteret sua, causam mouendo coram iudice, & iudiciū  
 habendo contra fratrem: sed non contentio vel fraudu-  
 lenter, nec apud iudices infideles. Sed nec hoc videtur satis re-  
 solutū. Ecclesia enim nō errat habēdo iudicia. Religiosis etiā  
 licet sua repeteret corā iudice: fideles quoq; qui in terris sunt  
 infidelit, qd fideles iudices habere nō valēt, ad infideles iudi-  
 ces recurrere posunt. Alij igitur dicunt qd licet, nō autē ex-  
 pediat secularia habere iudicia. Et qd religiosi ac perfecti pos-  
 sunt repeteret sua, tanq; cōmunia, non vt propria. Itē, qd fideles  
 inter infideles habitantes, possūt corā iudice infidieli causā suā  
 mouere,

Cap. 6. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

**Heb. 10** D mouere, si fideles iudices nō possint habere. Quare non magis iniuria accipisti id est, cur nō potius violentia manifesta suffertis, quam habecis iudicia litigioia? Quare non magnus fraudem id est, occultam bonorum vestrorum ablationem, seu quamlibet machinationem dolosam Patimini? Simile est quod ait Saluator: Si quis voluerit iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Rurisque ait: Qui abstulerit tua, noli reperire. Hoc dominus consulit ad vitandum inquietitudinem mentis. Sed vos iniuriam facitis aliis. Et fraudatis id est, dolus eis infertis, Et hoc fratribus id est, fidelibus quibus hoc minus facere congruit, & in hoc pessime facitis. Etenim **An nescitis** quod vixit scire vos arbitror, **Qsia iniqui** id est, iniusti **Regnum dei non posse debunt**, id est, terram viuentium, seu vitam eternam non hereditabunt. Iusti enim fulgebunt ut sol in regno patrii eorum. Et in Apocalyp. dicitur de iniustis, Nō intrabit in illam aliquid coquinatum. **Nolite errare** recipiendo falsum pro vero, vel malum pro bono. Neque forniciari, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, in scipios influentes, provocando, vel exercendo libidinem. Neque maijororum concubitorum, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque malefici id est, detraactores. Neque rapaces regnū dei possidebunt. Et hec aliquando fuisse id est, his virtutis subiacuerit, ante vestram conversionem ad fidem Christi. Sed ablutissima, a maculis peccatorum in baptismo, Sed sanctificati esis. Splendoris gratia atque virtutum, pulchritudinemque recipiendo, Sed sanctificati esis bene operando, In nomine id est, virtute & innovatione, vel ad honorem nominis **Dominii nostri Iesu Christi & in spiritu dei nostri**, id est, operatione spiritus sancti. **Quoniam** vero praenicta verba de nō repetendo sive obscura sint, exponit modo Apostolus quomodo intelligi debeant. **Omnia mihi licent**, id est, permititur mihi omnia mea iuste repetrere tanquam licitum. **Sed non omnia expedient**, id est, non semper expediri omnia repetrere in foro judiciali. Primo propter conservationem honoris iuxta illud Proverbiorum, Honor est homini, qui separat se à contentionebus. Secundo, quoniam est maioris, boni impeditiuum. Tertio, propter nimiam sollicitudinem atque angustiam animae: Quarto, propter periculum iurgiorum: iuxta illud Ecclæsiastici,

IN EPIST. AD CORINTH. I. III

ecclæsiastici, Ne contendas cum homine locuplete, ne forte con*A Eccl. 8*  
stituat tibi item. **Omnia mihi licent**, secundum sensum pra*secundum sensum pra*  
tatum, cum non sit legi naturali vel scripta prohibiti*sed*, **Et ego sub nullius rediger potestate**, id est libertate animæ meæ  
nolo amittere, subiendo me terrenarum rerum amori, ac iudi*sed*  
cios potestati, quod faceré si iudicio litigat, fratrem*is*, meū  
offendere mallem, quam perdere rem temporalem. **Quod**

*Gene. 1:  
2.Tim. 6.*

autem mea repeteat pater. Nam **Etsa** debetur **Ven**  
*tri pro corporali vita sustentatione, Et venter indigit*

*Etsis. Ideo licet temporalia bona repeteat, vt habeamus*

*victum & quibus tegamus. Non tamen debemus importune*

*& nimis anxie pro istis contendere, quoniam temporaliter*

*transeunt, & venter & ecclæsi propter quod sequitur, Deus au*

*tem & hunc ventrem ut hanc escam destinet, quia*

*et trunque naturaliter corruptibile est. Et quanvis venter ma-*

*neat substantialiter post resurrectionem communem, non ta-*

*mam secundum statum & pristinum actum. Ideo pro necessita*

*tibus ventris minor esse debet sollicitudo. Preterea credit Apo-*

*stolus ad id, unde coparet loqui, videlicet ad reprobanda lu-*

*xiria vita. Corpus autem vniuersitatisque fidelis Non for-*

*nitioni, sed domino deo subiiciatur & obsequatur, Et domi-*

*nus corpori principetur, & premium tribuat, Deus vero*

*pater seu trinitas Et dominum Iesum suscitauit tercia die*

*de mortuis. Et nos suscitabim in die iudicii, Per virtutem sua*

*omnipotentem, cui non est impossibile omne verbum. **Ra Luc.***

*tio autem eur corpus non fornicationi, sed domino reddend-*

*um est, edidit. **Nescitis** quia corpora vestra membra sunt Chri-*

*sti. Ipse enim est caput nostrum, cui in baptismo incorpo-*

*ramur, & ipsa ecclesia est mysticum corpus Christi. Ideo quilibet*

*vere Christianus est mysticum membrum eius. Tollens er-*

*go, id est, allumens seu diuino cultui auferens **Membra***

*Christi, id est, corpus meum, & alterius, quem ad voluntatem*

*meo exemplo induco, **Faciam de eis Membra meretricis?***

*concubendo cum ea, sicutque una caro fiendo cum carne illius.*

*Abst, vt rem adeo impian agam. An nescitis, quoniam*

*qui adhæret meretrici carnali amore, & copula corporali,*

*Vnum corpus cum ea efficitur, per feminis communio-*

*nem seu affectionem transformationem. Erunt enim inquit*

*dominus in Genesi Duo, id est, viri & mulier, In carne una, **Gen. 2:***

*id est,*

*Matth. 19*

**Cap. 6. D. DIONYSIUS CARTHYSIAN.**

D id est, pro eadem carne reputabuntur propter mutuam yniō-  
 Math.19. nem, quanis numeraliter atque realiter differant. Hoc ad li-  
 teram de legitime coniunctis predictum est. Apostolus tam-  
 en allegat hic de illicitis copulis fornacantium, quoniam  
 ratio identitatis partim eadem est. Nam concubitus licitus  
 & forniciatio conuenient in esse naturę, non autem in esse mo-  
 rali. Qui autem adharet domino adhäsione amorosa & obe-  
 diential, *Vnde spiritus est, id est, diuino spiritu per chari-  
 tatem vñtrit, in decum transformatur, eique indissolubiliter  
 colligatur. Vnde aiebat Saluator loquens ad patrem, Notum  
 feci eis nomen tuum, vt dilectio tua in eis sit, & ego in eis.  
 Amor namque est virtus vnitiva diuersorum coniungens, quanis  
 effientialiter differant. Fugite fornicationem id est, omnem  
 Tob.4 illictum concubitum. Quodam peccata in ea quadam pœ-  
 nam & amantudinem habent, vt ira, inuidia, & ista melius su-  
 perantur, luctando & resistendo. Nam quanto diligenter &  
 particularius confideratur, tanto plus displaceat, sicutque facili-  
 us repelluntur. Alia autem peccata quādam delectionem includunt, vt gula, luxuria, que melius vincunt fugiendo  
 quam collactando. Quo enim particularius, diligenterque  
 pensant & reuoluuntur, eo appetitus magis provocatur. Vi-  
 tanda ergo sunt fomenta, occasiones & cauſa luxurie. ¶ Ra-  
 tio quoque fugienda fornicationem subiicitur. Omne enim  
 peccatum, prater fornicationem, Quodamque fecerit homo,  
 cogitando, loquendo, vel operando. Extra corpus est, id est,  
 non ita nocet corpori, ipsum debilitando, contaminando, ac  
 P diuersis periculis exponendo, vt forniciatio. Qui autem fornici-  
 atur, in corpore suum peccat ipsum (vt dictum est) adendo, pol-  
 luendo & destruendo, praesertim si multum exercet actum  
 huiusmodi. An negetis quoniam membra vestra non solū cor-  
 pora propter aliqua membra, sed omnia membra vestra, id  
 est, corpus totum. Templum est spiritus sancti, id est, conse-  
 cratum inhabitationi spiritus sancti in baptismo, ubi expul-  
 so diabolo, abrenunciatis pompis eius, & deo dicatis estis.  
 Qui in nobis est per gratiam, primo atq; direcēt in anima,  
 secundario autem in corpore, *Quem spiritum sanctum  
 Habetis deo patre, qui misit & dedit fidibus spiritum  
 sanctū. Imo & a filio, sed & spiritus sanctus dat scipium. Pro-  
 tean. 20. pter quod ait Christus, Cum venerit paracletus, quem ego  
 mittam**

**IN EPIST. AD CORINTH. I. II**

mittam vobis à patre, *Et non estis vestri? id est, proprij iu-*  
*ris ac porestatis? Sed totum quod habeis & estis, tenemini deo* A 102.14  
*vt ad eis honorem & gloriam omnia ordinentur. Nam &*  
*de omnibus ratione redimemus, tanquam de bonis mutua-*  
*tis. Deo qui ppe debemus nosipso, non solum ratione creatio-*  
*nis ac gubernacionis, sed etiā ratione salutis. Ideo sequi-*  
*tur, Empti estis, id est, à potestate & iure diaboli liberati,* Mat.12.  
*qui veniunt uisiti in iniquitatibus vestris, Pretio magno, Esaiæ.52.*  
*videlicet morte & sanguine Christi, de quo scriptum est in* Roma.6.  
*Apocal. Redemisti nos deo in fagine tuo. Hinc itaq; dicit Apocal.5.*  
*Antelmus. Certe domine quia me fecisti, debo me totū quia*  
*redemisti me, debo me totū immo tanto debo amori tuo plus*  
*quam meipsum, quanto tu malor es me, pro quo dedisti teip-*  
*sum, & cui promisisti teipsum. Glorificate ergo, id est, bo-* B  
*nis operibus honorate, & gloriosum ostendite, Et portate deū*  
*in corpore vestro, id est, ius voluntati corpora vestra subiici-*  
*te, quaquecumque aduersa, aequanimiter tolerando. Itaque deum* 1.Petri.2.  
*in corpore proprio portare, est iugum domini super te ferre,*  
*sicut moneret Saluator, Tollite iugum meum super vos. Et* Math.11.  
*alibi, Tollat crucem suam quotidie. Ideo denique inobedien-* Math.16  
*ti populo dominus loquitur per Hieremiam, A seculo confe-* Hier.2.  
*gisti iugum meū, rupisti vincula mea & dixisti. Non seruiam.*

**Cap. VII. De quibus autem scripsisti mibi.**  
**ARTICVL. VII.**

**P** e quibus autem scripsisti mibi. Agit Apostolus C  
 hoc loco de matrimonio. Pleudo enim Aposto-  
 livi purores ceteris viderentur, magisque eis  
 crederetur, pradicauerunt nuptias esse vitan-  
 das. Quo auditu, scripserunt Corinthij apostolo,  
 quid tenendum esset de hoc. Quibus respondet. De quibus  
 autem scripsisti mibi, videlicet de nuptiis obseruandis vel  
 fugiendis. Respondeo. Bonum simpliciter, i. perfectū. Est  
 homini nondū conjugato. Mulierē non tangere id est, peni-  
 tus contineare, & in castitonia domino ministrare. In carne Hierony.  
 enim sine carne viuere, nō humana sed angelica vita est. De ta-  
 libus ait Saluator, Sunt eunuchi qui se castrerunt propter Matth.10.  
 regnum cœlorū: de quibus ait dominus p Esaiæ.56.  
 nuelius

Cap.7. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D melius à filiis & filiabus. Propter fornicationem autem vitandum Vnusquisque vir vxoratus, Vxorū suam, id est, vnam ac propriam, non plures, nec concubinam Habeat, id est, retineat, nō retinens eam, quasi nuptiæ deo displaceant, Et unaqueque mulier maritata. Suum virum proprium Habeat, id est, retineat. Vel si intelligatur de nondū coniunctis, sénus est, vt qui alter continuere non possunt, nubant. Multæ autem sunt causæ institutionis matrimonij, scilicet multiplicatio hominum, inimicorum reconciliatio, integratio pacis, evitatio fornicationis, instruclio & educatio prolis.

Vxori vir debitum reddat, similiter autem uxori viro, exponendo se mutuo voluntati, quantum ad commixtione carnalem. ¶ Cuius ratio subditur. Mulier potestatem plenam

E & liberam Sui corporis non habet, sed vir, quia non potest viro debitum denegare, potestque vir illud exigere. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. In lege enim debiti huius pares sunt, quanvis in aliis mulieres subditæ esse debeant suis maritis. Nolite fraudare, id est, corporis vñum subtrahere. Inuidice, nisi forte ex confusa cōmuni, & hoc Ad tempus certum. Tempus enim ampliandi, & tempus lōge fieri ab ampliis, Ut uacatis, id est, devote infatis. Orationi, que est ascensus mentis in deum. Propter quod indiget spirituali elevatione, que per actum carnalem maxime impeditur, etiam post actum tam sensus manent ad tempus minus idonei ad spiritualia opera. Et iterum tempore orationis completo, Revertens minni in idipsum, id est, ad pristinam debitum huius persolutiō nem, Ne tentet uox Satanas, id est, si diuturnor elongatio à concubitu sit uobis occasio tentationis à demoni, & incidat adulterii crimen. Propter incontinentiam vestram, id est, eo quod proni sitis ad uitia carnis. Hoc autem, videlicet ut revertamini in idipsum propter incontinentiam vestram, ne in grauiora mala cadatis. Dico secundum indulgentiam, id est, secundum permissionem seu concessionem. Matrimonium enim ordinatur etiam in remedium culpæ. Hæc videatur intentio Augustini hoc loco. Non secundum imperiū, id est, non imperando hæc dico, non enim necessarium est ad salutem ita reverti. Imò melius esset ex cōsensu abstineat. Incontinentia autem malum est, vt vir vxorem cognoscat ultra neceſſitatem.

August.

IN EPIST. AD CORINTH. I. 113

necessitatē procreandi liberos, reddendiisque debitum, nisi faciat hoc, ne coniunx in adulterium ruat seu peccet; quia hoc fit ad satifaciendum concupiscentia, quod est veniale, quando concupiscentia sit in intra limites matrimoniales, videlicet qd aliam nollet cognoscere. Si vero limites istos excedat, erit peccatum mortale; quando videlicet tanto impetu fertur, qd etiam, quanvis non ester sua, cognoscet eam. ¶ Deniq; tria sunt bona matrimonij quibus excusat, videlicet fides, quam mutuo coniuges ferant, proles religiose educanda: & sacramentum, ne coniugij separetur. Cum igitur actus matrimonialis sit causa prolis generande, diuinōque cultui mācipiāde, est actus religiosus, nec aliquam habet culpam, sed est meritarius, si fiat ex charitate, similiter si fiat causa reddendi debitum, tunc enim est actus iustitia. Volo autē omnes homines efficiat meipsum, id est, quantum in me est, mallem omnes simpliciter continere, non inquaque determinate, non singulos. Vel omnes, si cōuenient fieri possent, & ego cōstineo, qui etiam virgō sum. Sed unusquisque electorum fidelium proprium domum, id est, gratiam sibi singulariter datum. Habet ex deo. Vnde de quolibet fando cantatur, Non est inuentus similis illi, Alius quidem sic, aliis uero sic, id est, ymus habet gratiam secundū hunc perfectionis gradum, aliis secundum alium gradum. Idcirco non possunt omnes ad aequalē perfectionem induci, sed vni consilendū est, ut in castitate permaneat, alijs ut fidem coniugalem obseruer, quoru virtusq; dei est donū. Hinc etiā cum Christus de virginitate differeret, dicit, Non omnes capiunt verbum hoc. Et, Qui potest capere, capiat. ¶ Mat.19 Dico autē non nuptiū, id est, virginibus & nondū ligatis, ut ibidem uiduis, bonum est illi, id est, uile & magis meritorum, si sic permaneant scit & ego id est, omnino continent. Quid si se non continent, id est concupiscentia non referant. Nubant matrimonium contrahendo. Melius est enim iubere quam urū id est, igne libidinis astuare, angū & vinci. Et est coparatio impropria: velut si dicatur, Melior est angelus quam diabolus. Ni ubere enim in se boni est & sine culpa. Vt vero similiter malum. ¶ Deinde agit de inseparabilitate matrimonij.

Hic autē qui matrimonio iuncti sunt id est legitime coniugatis, quādo uterq; fidelis est, Non ego p̄ceptio, quasi author Matth.15, p̄cepti. Sed dominus per scipium, Vxorū à uiro non di- Matth.5, scedere

Cap. 7. D. DIONYSIUS CARTHYSIAN.

D **f**edere habitatione & thoro, causa fornicatiois excepta, que non exprimitur tanquam notissima, quam solam Christuscepit. Quicunque (inquietus) vixorem dimiserit & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, mestachatur. Ceteras quippe viuierias molestias iubet Christus pro fide coniugij & castitate fortiter sustineri, secundum August. Ait enim Salvator, **August.** Quod deus coniunxit, homo non separat. Quid si discesserit mulier à viro causa fornicationis, ab ea inexculpiteremis, pricipi dominus **Matth. 19.** Manere immota, id est, altera non posse matrimonialiter copulari uixta illud, Qui dimissam duxerit, mestachatur. Aut uero suo reconciliari, quod fieri potest, **Marcius.** Nam sicut vir potest in adulterio reprehensus apud se sub spe corractiois tenerere: sic potest repulsus ad thorum amicitiaq; recipere. Quanvis autem matrimonium solutum per fornicationem quantum ad thorum, non tamē quātum ad vinculum. Matrimonium enim sic definitur. Matrimonium est personarum legitimarū coniunctionis, indissimā vita confititudinem retinetur. Porro persona plene legitime sunt, quas non impedit votum, continentia, ordo, cognatio, dispar cultus, conditio vel frigiditas. Personae vero oīno illegitime sunt, quas impedit votū, ordo, cognatio, dispar cultus. Personae vero nec plene legitime nec plene illegitime sunt per conditionē & frigiditatem. Si ergo persona sunt plene legitima, separari non possunt post copulam carnalē, nisi de communī consensu, causa fornicationis excepta. Nam & lepros quanvis diuidat conjugatos quantū ad cohabitationem, non tamē simpliciter quātum ad thorū. **F** Et uero non dimittat, nisi ob fornicationem. Nec semper ob fornicationem potest capi dimittere, vt si ipsemet eam prostruit, vel cum alia fornicatus fuerit, vel debitum reddere noluit, vel eam post adulterium manifeste deprehensam temerit, vel si mulier est violenter oppresia ab alio, sub specie proprii viri decepta; aut proprium virum probabiliter mortuum existimat, alteri est comunata. Supplendū est hic de viro qđ de muliere predictū est, scilicet, si discesserit, non ducat alia, vel recōcilietur vxori. Deinceps agitur de matrimonio eorum quorum est dispar cultus, ubi videlicet unus est infidelis. Nam ceteris, quorum non est vterq; fidelis. Ego dico non imperando, sed consulendo. Non dominus dicit hoc proprie seu immediate, aut imperatiue. Si quis frater i. Christianus

Vixorem

IN EPIST. AD CORINTH. I. 14

**V**oxē habet infidelem, ita qđ eo ad fidē conuerso, illa in infidele **A** litate permanens. In exordio nanq; ecclēs multos alter cō ingū cōuerterebat ad fidē, alio nō credente. Et hēc vox infidelis Consentit habitare cō illo sine iniuria seu blasphemia fidēi, Non dimittat illā, hoc confuso. Et si qua mulier ad fidēm conuersa, Habet uirū infidelem, & hic consentit habitare cō illā pacifice, Non dimittat uirū. Huius confisiū ratio subditur. Intelligenda tamē sunt hēc (vt aliqui tenēt) de his qui in infidelitate contrarerunt, nō de his qui in disparti culto cōtrahunt: quia tune non est matrimonium, sed separandi sunt, quemadmodū & Efrās fecit. Sancificatus est enim id est, ad fidēm conuersus. Vir infidelis per mulierem fidēlem. i.e. ex admonitione & instruōione, seu optima cōuerteratione vxoris infidelis. Et sancificatus est mulier infidelis. Scilicet cōuerterat Per **B** uirū infidelis. Hoc in primiū ecclesia sepius accidit, vt unus coniugū conuerteret alium. Vnde ob hanc uirtutē consulti Apolostolū ut cohabitatio sit salutis occasio. Hinc etiā principes apostolorū in sua canonica. Mulieres (inquit) subdita sunt viris suis, vt & si qui nō credunt verbo, per mulierē conuersionē, sine verbo lucrificant, cōsiderantes in timore sanctā conuerterationem earū. Alioquin, id est, nisi secundum consilium meum feceritis, pariter habitando. Filiū uefri & etiā filie, que nominis filiorū dantur intelligi, immundi essent, i.e. in infidelitate manerent. Si enim fidelis recedat, puer sequitur eum parentē qui manet in domo, & maiorem populi partē, & ita in primiū ecclesia, dum pauci erant fideles infidelibus dominis subditi, puer lequebatur ritū parentis infidelis manantis in domo. Imo si sequitur fūsset fidele parentē abuentē, parentē infidelis facile recuperaset eum auxilio infidelium principum. Nunc autē sancti sunt id est, filii uefri cōuertuntur ad Christū, yobis simili manentibus. Poterat enim alter coniugium instruere filium. ¶ Præterea aduertendum, qđ quia causa cohabitatiois coniugum disparis cultus, orā spes conuersionis errantis, idcirco in primiū ecclesia quando paſſim conuerterebant Iudei atq; gentiles, licuit Christianis manere cum vxore seu viro infidelī sine gentili, sine Iudea vel Iudeo. Procedente autē tempore obduratis Iudeis, non licuit fideibus cohabitare cōiungī infidelī Iudeo. Nunc vero gentilibus quoq; obstinatis: nō licet alicui fidei cōiungī cohabitare.

P. ij Et in

1. Petri. 3.

Cap.7. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Et in hoc sensu loquuntur sacri canones, cohabitatione coniugii diuersus cultus prohibentes. Apostolus vero loquitur pro tempore primitivae ecclesie. Quid si infidelis vir aut uxor discedat a fidei ex odio fidei, discedat, nil enim mali contingit Christiano, sed liberatus est, potestque cum alio contrahere. Non enim est feruimus frater aut soror in cuiusmodi vir aut mulier fidelis non obligatur sequi infidelem discedentem, vel ei reperire, aut a matrimonio fidelis abstinere, in pace autem uocauit nos deus, adhuc nos in domo sua, qua est ecclesia, posuit, ut pacifice coniuiamus. Ideo non oportet cum infidelis discedentem litigare. Deinceps persuaderet apostolus, quod non oportet discedentem sequi, vel quod non expedit habitare cum infidelis pacifice habenti. Vnde enim sibi?

Mulier fidelis si uirum infidelem Salvum facies? conuertendo eum ad fidem. Aut unde feci? uir fidelis si mulierem infidelem Salvum facies? perduceando eam ad Christum. Nisi unicuique sicut deus diuinitus id est, hoc certo scribi non potest, nisi per gratiam specialis reuelationis, quam deus unicuique cum vult diuidit, dama vni gratiam ampliorem, alteri vero minorē. Vel sic, nisi unicuique sicut deus diuinitus id est, nisi cognoscas hoc ex futuro euente, expectando gratiam, quam deus singulis tradit, ibi & quando, & quantū, & quomodo si bi placuerit. Ex praecedentibus autem inferat apostolus commune documentū. Et unumquem sicut dominum uocauit, ita misericordia est id est, quilibet fidelium in ea vocacione & statu perficeret, & Christo deseruerat, in quo a deo ad fidem vocatus est,

E scilicet ut qui in coniugio existens conuerterit, maneat in coniugio: qui autem non ligatus conuerterit seu vocatur, non contrahat. Hoc est confluum, non praeceptum, estque intelligendum, quantum ad ea que non repugnant fidei, bonisque moribus, sum autem conditions, & confuetudines praeue, in quibus non est ambulandum. Nec idem est dicere, ambulare in statu, in quo, & a quo, vocatus est homo. Nam in statu a quo quisque vocatur, non est stolidus nec ambuladus, sed in statu in quo. Sicut enim coniux, ita & latro vocatur, sed coniunx, vocatur a coniugio latro a latrocino, quod fidei Christi regnatur, & ob id relinquendū est, non autem coniugium. Per haec quoque non auferunt licentia tendendi ad status perfectiores. Hec ergo do eo vos. Et sicut in omnibus ecclesiis doceo, id est sicut & altis omnibus

IN EPIST. AD CORINTH. I. 115

omnibus praedicto, ut sit distributio in genere. Hac insuper A per exempla declarat. Circuncisus id est, in ritu Iudaico seu statu iudaizanti. Aliquis vocatus est id est, ad fidem Christi conuersus est. Non adducat praeputium id est, non compellatur ritum gentilem assunere seu gentiliter se habere, quantum ad ea que non sunt de necessitate salutis. In primitiva enim ecclesia Iudezi & Gentiles conuersi, in aliquibus obseruantibus differebant magis quam postea. In praeputium id est, in statu & ritu gentium. Aliquis vocatus est, non circumcidatur, immo nec ad certos ritus Iudaicos se transfrerre cogatur. Vnde & alibi dicit, Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit. Scrutat ergo apostolus, quod cognovit videt ecclesiis, tam grecorum quam Iudeorum, nec auferit consuetudinem, cuius obseruatio non obest salutem, ut afferit Augustinus. Horum autem rationem subiungit B Augus.

Circuncisio id est, ritus iudaicus. Nihil est sub ratione finis, quia nihil proficit ad obtainendam salutem. Legalia enim quantum ad ceremonialia cessaerunt. Est tamen aliquid sub ratione formae. Simili modo, Et praeputium id est, statu seu ritus genitalis Nihil est id est, non obest nec prodest saluti. Quod intelligentius est quantum ad ea quae indifferenter sunt, non quantum ad opera idolatriæ. Sed obseruatio mandatorum dei aliquid est, quoniam promeretur vitam eternam: iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua illud. Qui serua verbum Christi, vere in hoc charitas dei perfecta est. Cui consonat illud Sapientis, Custoditio legi, consummatio incorruptionis. Hinc concludit apostolus Vnde quisque in qua uocatione vocatus est, in ea permaneat. Cuius intellectus patet ex predictis. Intellectus tamen verbi huius diligenter pensandus est, quoniam multi male intelligunt, & per consequens nec intelligunt (quia falsum nesciunt) & impertinenter allegant hoc verbum, quasi non debeat homo amulari charismata meliora. Verba sancti apostoli sicut in stylo simplicia sunt, ita in sensu profunda constiuntur, quia ex corde doctissimo profutu exeruntur. His autem quae nunc de circuncisione & praeputio dicta sunt, consonat quod ad Galatas scribitur, In Christo Iesu nec circuncisio aliquid valeret, nec praeputium, sed noua creatura. Post introductionem exempli de ritu viuendi ponitur exemplum de statu seu officio conditionis. Servus id est, in seruitute hominum existens. Vocatus est ad fidem vel opera bona, Non fitibi cu

Matth. 22

Matth. 19.

I. Ioan. 2.

Sapient. 6.

Eph. 4.

C Phil. 3.

I. Cor. 12.

Galat. 6.

1. Tim. 9.

Cap.7. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D re, id est, non dolcas de seruitutis conditione, nec cupias cā

**Math. 17** effugere. Sed & si potes liber fieri id est, à seruitute hac libe  
rari Magis utere seruitute, id est, potius elige in seruitute  
manere, quoniam est tibi occasio humilitatis, vel ad verā atq;  
in domino existē libertatem pertinet. Liber nempe à  
seruitute peccati, & libertate peccandi. Vnde ait sanctus Ambro-

**Ambros.** Quanto quis propter deum despectior est in hoc fe-  
culo, tanto sublimius exaltabitur in futuro. Gregorius quoq;  
**Iacob. 4.** ait, Tanto est hono preciosior deo, quanto propter eum vilior  
**Gregorius** est mundo. Et Boetius, Cum omnis (inquit) fortuna timenda  
**I.Petri. 1.** sit, magis tamen prospera quam aduersa. Deinde ponitur ra-  
**Roma. 4.** tio huius exempli, Qui enim in domino id est, in fide, seu o-  
pere dei, Vocatus est existē seruus, id est, in cōdītione ser-  
vū, loquendo de seruitute humana, & corporali. **Libertus est**

**E** domini, id est, de seruitute peccati liberatus est à domino, et q;  
seruus domini, & per consequens vere & spiritualiter liber.  
Quoniam deo seruus, regnare est. Sicut & beatissima Agatha  
dixit, Summa ingenitata est seruitus Christi. Facit enim libe-  
rum ab obligatione peccati, & seruitute diaboli. Ideo quoque

**Ioan. 3.** Saluator teſſatur, Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Si  
militier qui vocatus est liber id est, à prædicta seruitute huma-  
na immunis. Seruus est Christi dum ei obedit. Vnde nec ser-  
uitus nec libertas repugnant obsequio Christi. Seruitus tam-  
en maioris boni occasio est. Non ergo despiciatur à libero,

**Apocal. 14** Hinc quoq; in vitis patrum narratur de quodam sancto patre  
qui nequaquam acquisivit à seruitute dominiorū suorum libe-  
rari. **Pretio** &c. pretiosi sanguine Christi. Empti est ab obli-  
gatione mortis eternae. Idecirco tam liber quam seruus, serui  
sunt Christi. Emit etiam nos Saluator de manu dei patris, qui  
paratus erat propriece nos in infernum, ut essemus coheredes  
coſortes; sui. Nolite ergo fieri fieri serui hominum, id est,  
hominibus nolite vos finaliter aut principaliter subdere, sed

**Deute. 6.** vicem redite salvatori, & ci effete subiecti. Scriptū est enim,  
**Math. 4.** Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Quod licet

**I.Thess. 4.** de seruitute latrice acipi possit, tamen de omni seruitute bona  
intelligi valer, cō quōd quicquid seruitutis impenditur  
homini, propter deum, in deo, & secundum deum impen-  
ditum est, quatenus repetitio sit confirmationis indicium.

Vnusquisque

IN EPIST. AD CORINTH. I. 116

Vnusquisque in quo vocatus est frater, id est, quilibet frater fi-  
delis, in quo statu ad deum conuersus est. In hoc maneat apud A

deum, id est, in tali statu studeat deo digne seruire. ¶ Expli-  
to matrimonij documento, de virginitate ait Apostolus. De

virginibus autem id est, de virginitatē atque perpetua contin-  
tentis obſeruatione, Preceptum domini non habeo quoniam

nec in veteri, neque in noua lege praecipitur. Imo in veteri le-  
ge maledicitor sterili. In noua vero lege habetur. Quia potest

caperre, capiat. Confilium autem de virginitate seruanda,  
quasi de perfectione majori, quod vtique confilium Christus

in Euangeliō tradit. Si quis, inquietus, venit ad me, & non odit

patrem, & matrem, & vxorem, non potest meus esse discipu-  
lus, hoc est, imitator perfectus. Potest tamen esse seruus. Itaque

confilium do, Tanquam misericordiam consequitur, hoc est,  
gratiam apostolatus adeptus. A domino, ut sim fidelis in officio mihi commisso. Existimo ergo, hoc est, cum sim Aposto-  
lus, cuius confilio est credendum, puto & confundendo affirmo

¶ videlicet in virginitate & iugis continentia permanere

Bonum esse propter necessitatem, hoc est, ad vitandam occupa-  
tionem coniugatis necessariam, quibus necesse est follicitari

circa temporalem prouisionem domus, & prolis, atque fami-  
liae. Infirmis & imperfectis infirmans & imperfectam ratio-  
nem proponit. Poterat enim dignorē causam indicare, vide-  
licet quod status matrimonialis ratione follicitudinē in fibi ad-  
iuncta, plurimum retrahat à puritate atque seruore, ac stabili-  
tate contemplations & dilectionis divinae. Et sicut Augusti-

nus fatetur, virginitas superreditur conditionem naturæ hu-  
manæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen

est victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine car-  
ne vivunt, virgines vero in carne triumphant. Ideo subditur,

Quoniam bonum est homini sic esse, hoc est, in virginitate ma-  
nere. Est enim bonus atque honestus, propter vita verita-  
tem. Deleabile, propter animi libertatem. Utile, propter co-  
piam mercedem. Virginibus quippe debetur aureola, & fru-  
tus centefimus, vt patet ibi. Sequuntur & agnisi quocunque

erit. Aliigatus etiā non solum vinculo matrimoniali, sed  
etiam copula carnali, Noli querere solutionem, hoc est, separa-  
tionem a coniuge. Hoc dicit Apostolus confundendo infir-  
mis, ne incident culpam maiorem. Experti enim delectationē

**Augustin.**  
C

**Hebr. 5.**

**Luce. 2.**

**Luce. 14.**

**Math. 15.**

**Apoc. 14.**

p. iiiij veneream,

Cap. 7. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D veneram, faciliter recuerunt ad eam. Nihilominus licet & expedit querere solutionem causa intrandi religionem, si misit animo firmum contendi propositum, nec aliunde occurrat rationabile impedimentum, videlicet, negligenta prolis, vel periculum coniugis, aut simile aliquid. *Solutus es ab uxore,* id est, si vxorem non habes. *Noli querere uxorem,* si videris te posse continere. Si autem acceperis uxorem, bono fine atq; legitime.

*1.Timo.4.*

*Et si misserit virgo votum virginitatis non habens, Non peccat. Tribulationem tamen carnis, hoc est, corporalem afflictionem in prouisione temporium rerum, & in variis curis seculi huius. Habetur huiusmodi, id est, vir & mulier. Ego autem vobis parco, hoc est, fortiores rationes contindit vobis non profero, cum sint incapaces & infirmi.* ¶ Deinceps ostendit Apollonius conjugatis formam viuendi, & ad virginalem perfectionem, quantum fieri potest, appropinquandi. *Hoc ita dico fratres, Tempus peregrinationis nostra seu vita praesentis Breve est prout scriptura testatur, Dies nostri sicut umbra super terram, & nulla est mora.* Et Iacobus, *Que est vita vestra? Vapor est ad modicum parvus, deinceps exterminabitur. Reliquum est, id est, hoc restat, Ut qui habent uxores, sint tanquam non habentes, id est, non nimis carnaliter afficiant ad eas, nec actibus carnis totaliter immagruntur; sed quantum fieri potest, studeant spiritualibus occupari, intentionemque finaliem ad deum referre.* Et qui silent, id est, tristantur, sint tanquam non flentes, id est, consideratione breuitatis vita praesentis & spe consolations aeternae respirent, & omnem inordinatam ac secularem tristitiam procul abhiciant.

*1.Par.29.*

*Iacob.4.*

*Ad Tit.2.*

*2.Thes.2.*

*Malac.5.*

*Ioan.16.*

*Ecccl.11.*

*Psal.148.*

*Psal.61.*

*Et qui gaudent quocunq; modo, sint tanquam non gaudentes, id est, in gaudio huius vitæ non quietant, nec illuc perfectum reputent, sed potius horâ mortis, diem iudicij pœnas inferni, propria mala, totiusq; mundi peccata penitentes ingemiscant, & omnem inanem exultationem contemnent. Unde per Sapientem dicitur, In die malorum ne immemor sis bonorum, & in die bonorum, ne immemor sis malorum. Et qui emunt sint. Tanquam non perfidentes, id est, temporalia habeant non quasi semper manuia, sed cito auferenda saltim in morte: nec inordinate afficiantur ad ea, penitentes quod ait scriptura, Homo cum dormierit, non sumet omnia. Et, Diuitiae si affluent, no-*

lite

IN EPIST. AD CORINTH. I. 117

lite cor apponere. Et qui utuntur hoc mundo, hoc est, diuitias & A

cæteris rebus creatis, sint. *Tanquam non utantur,* id est, non finaliter inhærent rebus creatis, nec per eas retardentur à deo,

*1.Timo.6.*

sed pro nihilo repudent cuncta terrena, vt ad dei frumentum pertingant. *Præter enim id est, indeſinenter cadit, beneficet &*

*2.Petri.3.*

*variatur. Figura huius mundi, id est, disproprio, pulchritudo, &*

*status terrenarū ac temporalium rerum, quæ sunt in transmutatione cœtiua.* Propter quod ait Ioannes, *Et mundus transiit,*

*1.Ioan.2.*

*& concupiscentia eius. Et in Ecclesiastie habetur, Vidi cuncta que sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.*

*Eccles.1.*

*Quidam exponit de innovatione mundi circa iudicium, quando qualitas & modulus existentie rerum mundanarū peribit, non ipsa substantia. Volo autem vos sine sollicititudine, id est,*

*B*

*superflua cura circa sensibilia esse.* Haec enim est sollicitudo mala impediens libertatem mentis in deo. De qua dicitur in Preuerbiis, *Expectate sollicitorum peribit.* Et Philippenibus dicitur, *Nihil solliciti sitis.* Est quoq; sollicitudo bona, qua est vigilans mentis circa diuina. De qua legitur apud Micheam, *Indicabo tibi homo quid sit bonum, utique sollicitum ambulare cum deo tuo.* Et ad Ephesios, *Solliciti feruare*

*Miche.6.*

*vnitatem spiritum in vinculo pacis.* De hac sollicitudine subditur, *Qui sine uxore est, sollicitus est que sunt domini, id est, circa spiritualia cura eius versatur, Quomodo scilicet Placeat deo;*

*Philip.4.*

*id est, quatenus corde mundo, & animo diligenter domino obsequatur eiq; placeat.* Qui autem cum uxore est, sollicitus est que sunt mundi, id est, circa temporalia sollicitatur, *Quomodo placet uxori, & diuisus est, id est, animo vagus, & affectu partitus,*

*Ephes.4.*

*partim querens placere deo, partim vxori: & partim temporalia, partim spiritualia querens.* Hac idecirco dicit Apostolus, *Quoniam vxoratus minorem aptitudinem haber feruendi deo quam solitus, sepe tamen contingit, ut coningati deuotiores sunt, quam soluti vel etiam religiosi.* ¶ Simili sensu de mulieribus subditur, *Et mulier innupta, id est, diuina præcepta revoluta in lege domini meditatur, & diuina recognitat, Ut sit sancta, hoc est, impolluta, modesta, & virtutib; perornata, Corpore & spiritu, id est, anima, quatenus nec corporalia nec spiritualia habeat via, sed utrumque diuinis oblequis mancipet.* Que autem nuptia est cogitat ea que sunt mundi, quomodo placeat uero unde & ipse diuisa

*Tob.3.*

*Psal.1.*

Cap. 7. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

**E**nīs.  
**L**uce. 10.  
**O**ſe. 10.

Diuina est, sicut maritus, quoniam nullus corū tota corde intētus est illi vni quod ſolū neceſſariū eft. Si tamē nihil diuinæ dilectioni preponant, viuent in ſtatū ſalutis, nec ſunt ſimpli-ter a deo diuinū, vt illi qui mortali vito diuidiuntur a deo. De quibus ait per Oſeām, Diuīnum eft cor corū, nunc interibūt.

Por̄ hoc puta nou nubere, Ad utilitatem uſtrām dico, id eft, ad maiore profectum ueltrūm cōſūlo. Non ut laqueum, id eft, formicationis occaſionem. **V**obū in iudicium, id eft, proponam. Si enim Apoſtolus iuberet nou nubere, daret imperfēctis ad vitia carnis procliviibus occaſionem fornicandi. Sed dico & conſulo hoc. **A**d id, id eft, propter id, Qued honestum eft, ſcilicet ad continentiam obſeruāndā. Et quod faciliat preebat, id eft, hominē aptet. Sine impedimento, id eft, fine diſtrictione, & moleſta follicitudine, Domine obſeruāndi, id eft, deum per ſacra inuocandi. Caſta enim vita eſſit homini aptum ad obſeruandum domini mentis pura & ſtabili. **I**n ſuper agit Apoſtolus de confuditibus virginū, quia in primitiva ecclēſia erant patres carnales & etiā ſpirituāles veſcipoli, quorum confuditio virgines committēbatur. Si quis autem custos virginum Turpem ſe uideri exiſtimat, id eft, hoc putat, quod ipſe alii turpis videtur, ſeu male gratiosus, & inhoneste le habens. Vel turpe ſe uideri exiſtimat, id eft, intra ſe turpem uſpicio[n]em habet.

**S**uper uirgine ſua, id eft, de uirgine ſuā cuſtodiā deputata, quod ſit ſuperadulta, idcirco, quod uirgo iam attigit annos pubertatis, ſeu nubiles, appareāntque in ea probabilitate signa quod nubere cupiat, Et ita oportet fieri ut poteſt ut uirgo contrahat, eo quod continere non velit. **Q**uid uile uirgo. **F**aciat cuſtos eius, tradens eam marito. Non peccat cuſtos. Si nubat uirgo. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firme, id eft, cuſtos virginis, qui ſtabili proposito mentis ordinauit virginem ſuam in virginitate feruare, Non habens neceſſitatem tradendi eam viro, eo quod velit continere. Poteſt autem que idolis ſacrificantur, id eft, de ſecura cuſtodiā virginis, ita quod poteſt voluntatem ſuam implore, per hoc quod uirgo ſibi conſentit. Et hoc iudicavit in corde ſuo, id eft, ex iudicio rationis diuant, Seruare virginem ſuam quā cuſtodiit in virginitate. Bene facit. Igitur et qui matrimonio iungit, id eft, marito legi timo tradit. Virginem ſuam, bene facit facit enim rem licitam. Et qui non iungit virginem viro, vinculo matrimoniali Melius facit. Magis enim meritorum

IN EPIST. AD CORINTH. I. 118

meritorum eft, virginem in virginitate ſeruare, quā mariti, ceteris paribus quia ad maius bonum cooperatur virginis, qui ſeruat cam in virginitate, quam qui copulat eam viro.

**M**ulier aliq[ue]a eft viro, vinculo coniugali, quia nec poeteſt diſcedere, nec alteri nubere. **Q**uanto tēpore uir eius uite, id eft, tōto tēpore corporalis vita ſui mariti. **Q**uod si dormierit ſomno mortis, id eft, obierit. **V**ir eius, libertas eft, à vinculo coniugali. **V**nde infertur, q[uod] ſi vir eius refuſeſtaretur, non teneretur eum recipere. **C**ui nult nubat, hoc eft, virum ſibi placentem recipiat, ſi contineſt non velit. **T**antum in domino, id eft, ſecondum voluntatem dei hoi ſiat, videlicet ſecondum ordinationē ecclēſie. Per hoc Apoſtolus innuit, quod debent nuptiae eſſe ſpontaneas. Coacte enim ſeu inuita, malum exitum conſuerunt ſortiri. Propterea in Genesi de Rebecca inducitur. **B** Vocemus puellam, & queramus eius uolitatem. **P**oſtremo, **G**e. 2.4. Apoſtolus dat confiſum continentia uidualis. **B**eatior autem Matib. 13. eſſet uida in praſenti per gratiam, & in futuro per gloriā, **S**i ſic id eft, in ſtatū uidualitatē, **P**ermaneſſit ſecondum meum confiſum, id eft, ſecondum intentionem finalem mei confiſij, ut poteſt proper hoc ut domino liberius varet. Si autem uida permanendo in delitiis vixerit, viuens mortua eft, & melius eſſet ei nubere, atque ſtatū coniugalem bene ſeruare, quā taliter uidualuſ eft. **Q**uod ne autem quis putet confiſum Apoſtoli ſe humanum & parum curandum, adiecit. **P**uto autem Sobriū loquitur, minusque dicit, & maius significat ut fit ſenſus. **P**uto, id eft, certe ſcīo, **Q**uod et ego ſpiritum dei, id eft, ſpiritum sanctū. **H**abeam habendo dona ipſius, prout gradus apoloſtoli ſatus requiri, ideo confiſum meum (deo inſpirante) conceptum eft, & rute creditur mihi. Romanis enim dixit ſupra, Nos ipſi primitia habentes.

Roma. 8.

ARTICVLVS VIII.

**P**oſt q[uod] vam Corinthios inſtruxit Apoſtolus de virginitate, matrimonio & uidualitate, nū plenus inſtruit eos de idolothryis, id eft, immoraltatis idolorū, ſeu rebus quā idolis immolantur. Et ait, De his autem que idolis ſacrificantur, id eft, de ma- teriis quas gentiles offerunt idolis ſuis, an liceat talibus uefci, vel

Cap. 8. D. DIONYSIUS CARTHYSIAN.

D vel non. Scimus ego & vos, quid sit tenendum. Quoniam omnes nos. Scientiam habemus tantum de creatore & creature, ut non dubitemus de isto negocio. Hoc dicit Apostolus de te & pfectioribus inter Corinthios. ¶ Denique quidam 1.Pet. 4. Corinthiorum in sua scientia gloriantes manducabant idolothyta indistincte coram omnibus etiam in idolio. Scientes enim omnia creata mada esse, ex creatione in suo genere, nec aliquem cibum reticendum qui cum gratiarum actione sumitur: nec carnes idolis immolatas aliquam consecrationem habere ex tali oblatione, ut opinabantur Gentiles, nec aliquam immundiciam cotrabere, ita vt arbitrabantur Iudei: sed omnia mundi esse mundis, comedebant idolothyta indifferenter: & ex hoc scandalizabantur infirmi, putantes eos talia edere sub idolorum veneratione. Hos ergo Apostolus increpat, invnuens scientiam eorum fuisse non discretam, nec perfecta charitate formatam, sed vanam. Ideo subdit. Scientia infat id est, si non sit charitatem conjuncta, occasio est superbiendi. Omnia enim que ad excellenciam pertinent, ut scientia, eloquentia, pulchritudo, &c. si non charitate regantur, inducunt superbiem. Homines autem artes docti, scientiam nobilitatem scientes faciliter intuscum & indignantur, si aliquid fiat contra voluntatem ipsorum. Vnde in Ecclesiaste dicitur, In multa scientia, multa est indigatio. Et in Esaia, Sapientia tua & scientia tua decipi te. Si autem scientia perficiatur charitate, plurimum proficit. Sicut ergo caro non prodest quicquam, ita scientia inflat. Hoc tamen est per accidentem, non per se. Charitas vero edificat id est, alias exempla virtutum praeberet, faciet enim hominem charitatem se habere ad proximum promouendo bonum illius, & concedendo defectibus eius, nec querat quae sua sint, sed quae aliorum. Si quis autem se existimat sciire aliquid quasi ex seipso, & gloriatur in se non in domino. Nonandum cognovit, quemadmodum oporteat cum sciire id est, imperficiam scientiam habet, nec scit quid sibi desit. Non enim humiliter sentit de semetipso, nec gratus est deo, nec exemplarem se exhibet proximo. Ideo in Proverbiis Salomon dicit, Vidi sibi hominem sapientem sibi videri, magis illo spem fructus habebit. Et dicit Esaia, Vnde qui sapientes est in oculis vestris. Modus ergo sciendi discodus est, scilicet, ut scientia in humilitate fundetur, charitate perficiatur, bonis operibus comprobetur ac manifestetur.

Eccles. 1.  
Esa. 4.7.  
Ioan. 3.

1.Cor. 10.  
2.Cor. 10.

2.Timo. 1.  
1.Tro. 2.6.

Esaie. 5.

IN EPIST. AD CORINTH. I. 119

manifestetur, secundum quod Iacobus dicit, Quis sapiens & iacobus. disciplinatus inter vos ostendat ex bona conuertere operationem suam in manutudine sapientie. Si quis autem de 2. Timo. 1. legit deum, hic cognitus est ab eo cognitione approbationis. De qua deus ait ad Moysen, Te ipsum noli ex nomine. Vnde re-Exod. 33. probis loquitur. Nec sic vos. Loquendo autem de scientia visionis, deus bonos & malos cognoscit. De ipsis autem que idolis immolatus sumus id est, scientiam veram habemus, sic quod licet eis vti, dummodo fieri valcat sine scandalo aliorum, non enim coniunctionem vel abominationem consequentur ex hoc quod idolis immolantur. ¶ Cuius rationem affixat Apostolus, Quia idolum nihil est in mundo id est, idolum nihil est, quantum ad id quod esse putatur, quia nec aliquam diuinitatem fortior, nec representat aliquid quod verâ deitatem participet. Tamen materia idoli aliiquid est, scilicet aurum, argentum, eramentum, &c. Forma quoque artificialis inducta materia aliiquid est, scilicet qualitas. ¶ Porro vt refert Maxi- Esa. 4.3. mus Valegii, quando gentilium coluerunt idola, tanquam animata & diuinitatem quandam habentia. Nam vt recitat Hier. 1. Augustinus, Hermes dicebat, Sicut coelestium deorum filior August. est summus deus, sic deorum qui in templis coluntur, filior est homo. Status, inquit, animatus dico, sensu & spiritu plenus, futurorum praeficias, hominibus imbecillitatem & solitatem inducentes. Cum ergo secundum veritatem idola non sint animata, patet quod idolum nihil sit, quantum ad id quod isti scierunt de idolo. Alij vero coluerunt idola tanquam deorum C imagines, sed quoniam non sunt dii qui per idola representabantur, videlicet Iupiter, Mercurius, Mars, Saturnus, Hercules, &c. omnes dii gentium demonia, constat quod idolum Psal. 95. nihil sit, secundum id quod isti de idolo putauerunt. Quod autem isti sunt sensus Apostoli, sequentia verba tellantur, Et quod nullus deus nisi unus videlicet trinitas benedicta, quae est unus verus simplicissimus deus, qui in Deuteronomio dicitur. Deut. 25. Vide, quod ego sum filius & non sit aliud deus praeter me. De que ait Psalmista, Quoniam quis deus praeter dominum, Psal. 17. aut quis deus praeter deum nostrum? Quod vero non sit nisi unus deus, declarat Apostolus. Nam & si sunt id est, quantus sit aliqui qui dicantur dei participatione diuinitatis, videlicet, propter excellentiam gratiae, & imitationem perfectionis

**Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.**

D fectionis diuinæ. *Sicut in celo* sicut sunt angeli, & compre-  
 Psal.49. hensiones vniuersi. Vnde dicitur in Psalmo, Deum deorum do-  
 Psal.85. minus locutus est. Et Nō est similitudini tui in diis domine. *Sicut*  
 Exod.7. *in terra* vt homines virtuosi, præsternit viri heroci. Nam &  
 Moysi locutus est dominus. Ecce cōstituit te deū Pharaonis, Si  
 quidem sunt dii multi, & domini multi, participatione diuinitatis  
 Psal.46. atque dominij dei altissimi, non natura, sicut Apofstoli. De  
 quibus ait scriptura. Principes populorum congregati sunt tu  
 deo Abraham, quoniam dii fortes terra velemeenter eleuati  
 sunt. Illud quoque, Ego dixi dii estis, Christus in Euangelio  
 expōns, differit, illis dixit deos ad quos seruo factus  
 est, quales fuerint Prophete. *Nobis* tamen veri dei cultoribus,  
 Psal.81. est *Vnus deus* verus scilicet Pater eternus. Ex quo omnia pro-  
 Ioan.10. fluxerunt et nos in illo sumus per charitatem & gratiam sicut  
 Iohann.1. in ultimo fine, ac primo principio, et est nobis *Vnus dominus*  
 Iesus Christus, per quem omnia. Omnia enim per ipsum fa-  
 cta sunt, & sine ipso factum est nihil. Christus autem secundum  
 diuinam naturam est dominus omnium per autoritatem tam  
 Matt.25. quam creator; Secundum humanitatem quoque est dominus  
 omnium per dominum participationem. Vnde & ipse ait. Data  
 est mihi omnis potestas in celo & in terra, *Et nos per ipsum,*  
 hoc est, per Christum formati sumus, in esse naturali, in qua-  
 ntum creator & deus est. Per ipsum quoque reformati sumus,  
 & in eius gratia constituti, in quantum est Salvator per huma-  
 nitatem aliumptum. Per hoc autem quod ait, *Nobis vnum deus*  
 F pater, & *vnum dominus Iesus*, non datur intelligi, quod pater  
 non sit dominus, vel quod filius non sit deus, sed nec spiritus  
 sanctus excluditur, quanvis non exprimitur. Christum autem  
 nominat dominum, quia secundum utramque naturam conne-  
 cit ei dominum, & ei specialiter, subiecta sunt omnia. Imo  
 Psal.8. ipse sua humiliatione ac passione meruit omnium dominus  
 Heb.2. & iudex constitutum secundum naturam aliumptam, Sed non os-  
 Ioans.5. muibes conscientia ista salutaris ac theologia, per quam de  
 Sæc.11. patre & filio ceterisque prædictis recte sentitur. Quidam autem  
 Hier.3. cōscientia usque nunc idoli, id est quidam omnino imper-  
 fecti vique nunc id est, post conversionem suam ad fidem, si-  
 cut & ante cum conscientia idoli id est, cum astimatione qua  
 putant idolum esse diuinum ac honorandum, *Quasi idolothys*  
 tum manducat, id est, materiam idolis immolatam, non solum  
 vt eſcam

**IN EPIST. AD CORINTH. I. 226**

vt eſcam quandam, fed tanquam eſcam ex immolatione hu- A  
 iutmodi conferatam, videlicet, in reverentiam idoli, Et  
 conscientia ipsorum sic manducantium. Cum fit infirma, quia  
 facile scandalizatur poluitur accidenter per illos, qui ha-  
 bent scientiam veram de deo & idolothys, sed inflanteim,  
 non charitate formatam. Infirmi namque videntes illos in  
 idolio manducare idolothys, astimabant eos hoc agere  
 in reverentiam idolorum, & ita fecerunt similiter. *Esa au-*  
*tem* sumpta vel non sumpta, seu ipsa corporalis cōscientia

*Nos non commendat* id est, gratos & placentes non efficit

*Deo inquantum eſca seu cōscientia*. Non enim regnum dei

est eſca & potus, sed fides vera de edendo aut vitando ido-

lothys, charitasque fraterna. Neque enim si non manducas B

*uerinus* eſcam idolis immolatam. Deficiens id est a grā-

tia excidens, aut spiritualium donorum detrimentum pa-

tiemur. Neque si manducauerimus eſcam talēm. Abunda-

bitur gratia spiritualium. Cum ergo o Corinthij doctiores,

vestra cōscientia infirmos scandalizet, & vobis non proficit,

certum est, quod non secundum charitatem ambulatis; nec

habetis ordinatum scientiam. Videote autem vos cateris

doctiores. *Ne forte hec licentia usfra*, qua licet vobis in

certo casu idolothys manducare, & item in casu vitare,

*Offendiculum fiat*, id est, scandalum generet infirmis

*Sed videant vos uti incaute vte licentia*. Si enim quis, id

est, aliquis infirmorum in fide & gratia

*Viderit eum qui habet scientiam* id est, cum qui sci quādo vel quomodo li-

ceat idolothys vesci, *In idolio recumbentem* id est, coram

idolo idolothys manducantem, nonne conscientia illius,

*cum sit infirma*, id est, prona ad malum

*Aedificabitur* id est, tuo exemplo induetur, & animabitur *Ad manducan-*

*dum idolothys* id est idolorum sacrificia, non eo animo quo-

tu, qui scis sacrificia talia, nec consecrata esse, neque im-

mundia, nec in honore idolorum sumenda, sed ipse incipi-

pit edere sacrificia illa in reverentia idoli, putans illuc esse

aliquid numinis, quoniam certus fratrem suum peritum ibi

comedere, nec horrere. Et ita deribit, hoc est, dam-

nationem incurrit. *Infirmus in tua conscientia* id est, occasio-

ne tua scientiae scilicet exemplo cōmissionis tuae, quam

tu ex scientia tua facis, o Frater perite, qui scis quo ani-

Rom.14:

B

Rom.14:

C

Lxxit.16:

Cap. 9. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D mo velcendum sit idolothyto. Propter quem infirmum sal-  
 Rom. 14. uandum, Christus mortuus est: qui venit querere, & saluum  
 Luc. 19. facere quod perierat. Sic autem peccantes in fratres, eos  
 1.Ti.3.6. scandalizantes, & corum saluti non prouidentes. Et percur-  
 tientes, hoc est, ludentes & corrumpentes spiritualiter,  
 Conscientiam eorum infirmam enim exempli pestiferi in Chris-  
 tium peccatis quoniam membra eius ei auferitis, regnum Chri-  
 Matt. 18. si minuitis, precium sanguinis eius paruipendit, eiusque  
 Marc. 6. praeceptis repugnatis. Ipse siquidem locutus est. Videte, ne co-  
 ibidem. temnatis vnum ex his pusillis. Et rursum, Qui scandalizauerit  
 vnum ex his pusillis, expedit ei, ut suspendatur mola asina-  
 Eria in colo eius, &c. Quicunque ergo peccat in proximum,  
 Matt. 25. peccat in Christum: praetertim cum dicat, Quod vni ex meis  
 Zacha. 2. fecisti, mihi fecisti. Et iterum, Qui restringit voras tangit pu-  
 pillam oculi mei. Quapropter videlicet, quia in proximum  
 peccans, peccat in Christum. Si etsa, id est, sumptio cibi pre-  
 dicti, vel cuiuscunq[ue] alterius, quo licite velci, non velci  
 possum. Scandalizat fratrem meum, id est, fidelem. Non man-  
 ducabo carnem cuius elus fratem scandalizat, in eternum,  
 id est, roto tempore vita mea, non quod esca aut sumptuo eius  
 in se mala exigit, sed Ne fratrem meum scandalizem. In re  
 quam sine peccato omittere possum. Unde & alio loco dixit,  
 Noli cubo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est.  
 Rom. 14. Quid autem pro vitando alterius scandalu omitendum sit,  
 p. & quid non, dicunt est ante.

Cap. 1x. Non sum liber? ARTICVLVS. IX.

Requester docet Apostolus abstinentiam a licen-  
 tiis, ne scandalizentur pusilli. In fine enim prae-  
 dentis capituli dixit se potius nūquam carnibus  
 velci, quam fratrem scandalizare. Ad hanc ergo  
 perfectionem alios suo exemplo volens indu-  
 re, ait, non sum liber? Interrogat, & interrogando affirmat,  
 vt ostendat quān irrationalib[us] sit sentire oppositum. Ait ergo,  
 Non sum liber: id est, mō liber sum, seu potestatem libe-  
 ram habens accipiendi stipendia vite, seu sumptus ab his qui-  
 bus euangelio, quenadmodum alij Apostoli faciunt, sicut  
 ego liber sum accipere, nec tamen accipio, ne aliquem scan-  
 dalizem, ita & vos abstinet a licitis, ne quēpiā scādalizetis.  
 Et quo-

IN EPIST. AD CORINTH. I. 125

Et quoniam p[ro]fundo apostoli persuauerunt Corinthi Paulum A  
 non esse Apostolum, & ob id docterinam eius esse spernendā,  
 eo quod cum Christo in carne cōversatus non fuit. Ideo sub-  
 dit Apostolus, Non sum Apostolus? id est, imō verē Aposto-  
 lis sum, sicut probat apostolatus mei causa. Nam Nonne d[icit] Galat. 2.  
 minum nostrum resum Christum vidi? oculo intellectuali, tem-  
 pore raptus mei vīque ad tertium cœlum, quando vidi san-  
 ctam trinitatem per speciem, & Christum in dextera patris.  
 Vel in via, qua iui Damascum. Et dicit Lira hoc scriptum nō 2. Cor. 12.  
 esse, quia dicitur in Actis, quod audiuit vocem sibi dicentem. Adlo. 9.  
 Diligentius tamen pensando hoc, utique scriptum est. Legi-  
 tur enim ibi, quod Barnabas apprehensum illum duxit ad A-  
 postolos, & narravit eis quomodo in via vidisset dominum. B  
 Nisi forte dicatur, quod per viam intelligatur ibi etiam Da-  
 mascus, ubi erat in rupi. Deinde ostendit item ex sui apo-  
 stolatus effectu, Nonne opus meum id est spirituales filii mei,  
 per gratiam apostolatus mei ad fidem conserui. Vos esis in  
 domino? id est adiutorio dei, vel ad gloriam eius. Et si alii  
 quibus non praedicau, vel Iudeis ad quos missus non sum, sic Rom. 1.

Non sum Apostolus quia officium apostolatus eis non mi-  
 nistrari, Sed tamen uobis sum Apostolus. Nam signaculum  
 id est, cuidens signum Apostolatus mei, id est, Apostolica philip.  
 potestatis & gratiae. Vos esis in domino quia ex vestra con-  
 uersione, innotescit me eis efficacem apostolum. Nec enim  
 minus habetis per me quām alij per Apostolos alios. Idcirco

Me defenso id est, ratio qua defendor, & comprobior esse C

Apostolus. Apud eos quā me interrogant, hoc est, ex dubitatio-  
 ne inquirunt, an sum Apostolus. Hec est, quam assignau, vi-  
 delicet, quod vos etis signaculum apostolatus mei. ¶ Dein  
 ceps demonstrat se liberum esse ad sumendum stipendia vi-  
 te ab his, quibus euangelizauit. Nunquid non habemus pot-  
 estatem liberam Manducandi & bibendi id est, viciū su-  
 mendī ab aliis? Nunquid non habemus potestatem fororem mulie-  
 rem circunducendi id est, matronam deuotam vnam, vel plu-  
 res ducentrum nobiscum circumquaque, ut nobis necessaria vi-  
 te ministret? Sicut & ceteri Apostoli faciunt. Et fratres domini,  
 id est, filii sororum matris eius, videlicet Ioannes, Jacobus, Iu-  
 das, Et Cephas Petrus archiapistolus, qui à Christo dictus Ioan. 1.  
 est Cephas. Cephas autem interpretatur caput. Non solum Luce. 8.

q autem

Cap. 9. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D autem apostoli, sed & Christus circunduxit forminas religiosas, quae sibi de suis facultatibus ministrabat. Sequuntur enim Christum atque Apostolos desiderio audiendi verbum regni coelestis. Aut solus ego & Barnabas quibus alij Apostoli dederunt dexteritas societatis. Non habemus potestis hoc operari? quod faciunt alij Apostoli? Omnia ista interrogat, & interrogando affirmat, quod sic. ¶ Quod probat per similitudines quasdam humanas, iustas atque legales. Quis militat, id est, rem publicam pugnando defendit, suis stipendis, id est, propriis sumptibus. Vnde, quā dicat, nō. Dantur enim militibus statuta stipendia à populo terra, quem defendunt. Vnde aiebat Ioannes Baptista milibus. Contenti effete stipendiis veltris. Quis plantat vineā, & de fructu eius nō edit? Semper enim fecerunt plantantes vineā comedunt viam, bibuntque vinum. Quis pascit gregem ouium? Et de latē eius non mandat? Hoc enim non solet accidere. Nūquid secundum hominem hēc dico? id est, nō quid per humanam confutitudinem tantum hoc probo? An ἐν λεξι (Mosi) habeat non dicti? utique, sc̄i p̄tū est enim in lege Moysi. Non aliabit, hoc est, non claudes os boui tritauranti, id est, iubilum vita non subrāhes ei. Et ne putemus hoc principaliter dictum de bruto, subiecit Apostolus, Nunquid de bovis cura est deo? Tāquam dicat, nequam. Sed repugnare videtur illud in Psalmo, Qui dat iūmen tis etiam ipſorum. Et Iob, Quis preparat corvo elcam, quando pulli eius clamant ad deum vagientes, eo quōd non habent cibos? Sapientia quoque ait: Non est alius deus quā tu, cui cura est de omnibus. Et respondendum, quōd diuina prouidentia ad omnia etiam minima se extendit, singulariter tam respicit intellectuales creaturas, secundum quod sint felicitatis capaces, & talem singularem prouidentiam insinuat modo apostolus nomine cura, quod deus quasi sollicitus est de hominum prouisōe. Sicut testatur Psalmista, Dominus sollicitus est mei. Et alibi scriptum est, Omnes sollicitudinem vestram proficientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. An non propter nos, id est, ad nostram instrutionem moralem. Haec dicit: scriptura prefata, quāsi dicat, imo. Vnde subiungitur, Nā propter nos utique scripta sunt haec atque similia. Luxta illud: Quæcumq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, Quoniam debet in spe, qui arat, arare id est, prædicator,

IN EPIST. AD CORINTH. I. 122

eator, prælatus, seu doct̄or, qui est spiritualis arator, vomere verbi coelestis apertis: purgans, & fecundans corda audiētiū, arare, id est, in agro dominico seu vinea domini, quæ est ecclesia, laborare, & corda audientium à vitiis expurgare debet in expectatione stipendiū temporalis, vt detur sibi victus necessarius. Non tamen finaliter operari debet propter temporale stipendium, sed propter regnum celorum. Vel, potius propter deum, id est, sole dei intuitu ad eius honorem, ex sincero amore ad ipsum. Et qui triturat, i. minister verbi dei, qui more trituranter ex cordibus hominum vitia tanquam palea excutit, virtutes autē in corde relinquit, condit, ac firmat, sicut grana cōduntur in horreo. Debet hēc facere In spe fructus percipiēdi, i. in expectatione sustentacula sua vita, eo modo, vt de arante expositum est. Hoc tamē est permisum non præceptū, aliquin Paulus peccasset qui ita non fecit. ¶ Denique comparatio ista Apostoli partim sumpta videtur ex his, quae in Esaia, de arante, ac trituranter mysticē describuntur. Erat etenim Apostolus in lege & prophetis eruditissimus, nō solum ex illuminatione diuina, sed etiā ex instructione humana, quia ad pedes Gamalielis dicit legem. ¶ Adhuc autem probat Apostolus per rationes, quod licet prædicatoribus Christi recipere victū ab auditoribus. Si pro quis Ne nobis spiritualia seminavimus? i. sacras doctrinas & bona gratia cōmunicanmus, quas à spiritu sancto adepi fūmus. Magnū est si carnalia uestra metamus? nō est magniprēdēndū, si a vobis temporalia cōmoda (scilicet sustentacula vite) recipimus, cū nō sit cōparatio spiritualium temporalium, boniorū in dignitate. Vnde & quidā philosophia non dignabatur a suis discipulis aliquid temporalē exigere ne videbent scientiā sensibilibus rebus cōparare. ¶ Deinde ponitur alia ratio, Si alii, i. alieni à Christo, videlicet pœdoapostoli, potestatis uestra, i. rerū quę in potestate vestrā cōsūlit, 1. Thess. 2. 2. Timo. 2.

Participes sunt vtendo eis sicut & vos, Quare non potius nos! participare poterimus bona vestra, qui vobis viā salutis ostendimus. Sed non usi fūmus hac potestate, i. non recepimus stipendia vīte a vobis, sicut iuste potuimus. Quid tamē nō cōtingit ex hoc, quod nō indigimus, Sed omnia sustinemus, i. quęcunque manū laborē, & victus in opia æquanimiter patimur, q. i. Ne quod

A  
Esaie. 11.

1. Pet. 5.

Iacob. 3.

B

Esa. 2. 8.

Afro. 22.

Rom. 15.

C

Cap.9. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

- D. Ne quod offendiculum, .i. ne aliquod impedimentum, vel re-  
prehensionis nota, Demus Euāgelio Christi, .i. euāgeliæ pre-  
dicationi. Si enim recipies Apostolus aliquid à Corinthis,  
forte astimant nonnulli, quod propria luera quereret, vel  
minus libenter audirent ea, vel exemplo eius alij accepissent  
plura à Corinthis, & eos grauassent, sicq; retardata & minus  
accepta fuisset euāgeliæ predicationis doctrina. ¶ Rursum  
redit Apostolus ad ostendendū, quod liceat sibi de corū sum-  
ptibus vivere quib; predicauit, & ponit similitudines & exē-  
pla. Nescitis quoniam qui in sacrario, .i. in templo Iudaorum  
Operantur vt inferiores ministri, sive artifices, Que de sac-  
rario sunt, edunt, .i. bonis seu oblationibus templi susten-  
tur, videlicet de denariis qui in gazophylacium repoununtur.  
Nescitis etiā quoniam Et qui altari defuerint, .i. domino in  
altari, vt facerodes Cum altari participant, .i. de oblatis in al-  
tari parte fortiuntur, de qua sustentantur, vt patet in Leuitico.  
Ita & dominus, .i. Christus Ordinatus his, qui Euāgeliū  
annunciant, de Euāgeliō uiuere, .i. necessaria vita ab his, qui  
bus predican, sumere. Cum enim dixisset Salvator discipulis,  
Ecce ego mitto vos, adiicit, In eadem domo manete, eden-  
tes & bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius  
mercede sua. Ego autem nullo horū, .i. nec auctoritate, nec po-  
testate, neque exemplo predicto. Vtus sum quia nihil recepi  
à vobis. Non autem scripsi hec, .i. nō tot modis probauit, quod  
liceat vivere de stipendio aliorum, Vt ita fiant in me, .i. vt  
mibi dent sumptus ab aliis, sicut prædictæ rationes ostendunt  
licere. Bonū enim mihi est magis, id est potius expedit  
Mori corporaliter Quam ut gloriā meā, id est, premiū  
mihi paratum de hoc, quod euāgeliū nihil recipiendo te-  
poralis stipendi, ne quod offendiculum ponam Euāgeliō,  
Qui euāget, .i. auferat à me, impediendo me ab opere su  
pererogationis tam sincero & charitativo. Melius enim eser  
mori in corpore, quam detrimentum aeterna felicitatis incur  
tere. Melius etiam eset mori, quam vnum veniale peccatum  
committere. Nam si euāgeliāzauerō propter sumptū acqui  
rendos finaliter. Non est mihi gloria, id est, merces apud deū  
Math. 16. in patria, Necessitas enim mihi incumbit, id est, indigentia  
vitæ praefantis & corporalis me cogit euāgeliāzare, vt habeā  
vnde sustenter. Vt enim mihi est, hoc est, periculum mor  
tis, scu

IN EPIST. AD CORINTH. I. 123

- tis, seu magna penuria, atque afflīcio vita mihi infiat in tali  
cau inopie, Si non euāgeliāzauerō quoniam aliunde vieti  
non habeo. Si enim uolens hoc ago, hoc est, si ex charitate  
& liberè euāgeliō, Mercedem habeo, id est, vitam ater  
nam coram deo prometo. Si autem iniutus, id est, si propter  
necessitatem indigentie, & commodum temporale, euā-  
geliū prædico. Dispensatio seruiliis non filialis, Mibi credit  
ta est, id est, permisla est mihi, videlicet vt aliis verbū salu-  
tis annunciat, & ego fructū spirituālē non habeam, sicut  
seruus expedit bona domini sui, sine proprio profectu & co-  
modo. Id quippe propter quod aliquid finaliter agitur magis  
diliguit, quia pro finali bono aſſumitur. Plus namque aman-  
tar finis quam medium, sicut in arte medicina magis diligi-  
tur sanitas quam potio, seſtio, dieta, & alia qua ordinantur ad  
sanitatem. Si ergo prædicator verbi celestis prædicet prin-  
cipaliter seu finaliter propter aliiquid temporale, iam magis  
diligit illud, quam vel deum, vel proximorum salutem, vel ip  
sum Euāgeliū. Idecō apud deum mercedem non habet,  
sed dispensatio seruiliis credita est ei. Si vero euāgeliāzetur  
propter deum finaliter, nec proximorum salutem præponat quod-  
cunque temporale stipendum sive lucrum, fed illud recipiat  
tanquam instrumentum euāgeliāzandi, videlicet pro corpo-  
ris sustentatione, vt possit prædicationi infistere (quod non po-  
test fine corporis sui necessaria sustentatione) meretur vitam  
aeternam, nec duos fines constituit, sed unum querit propter  
alium scilicet stipendiū vita, vt actui virtuōlo infiat, & totū  
refert ad dei honorē. Verumtamen ad supererogationem spe-  
ctat, vt etiā temporalē omne stipendium omittatur ea ratione qua  
apostolus illud omisit. Unde & aliqui prædictum locum ita  
exponunt, Nam si euāgeliāzauerō propter sumptū, quis non  
finaliter, nō est mihi gloria supererogationis, necessitas enim  
præcepti mihi incumbit vt euāgeliāzē, sicut & ceteris aposto-  
lis. Vt enim mihi est, si nō euāgeliāzauerō, quoniam effem trā-  
gressor præcepti. Hanc expositionem non satis intelligo, con-  
stat enim qd; alij præcepti propter diuinum præceptū prædi-  
carunt, & sumptū ab aliis receperunt, nō tamen supereroga-  
tionis premium perdidérunt. Nisi forte dicatur, quid nō tan-  
tum meruerunt illi, quantum Paulus. Sed nec hoc videtur suf-  
ficere ad hoc, vt verba sequentia cōtinuentur prædictis. ¶ Pre-  
q; iij tercia

1. Petri 5;

1. Petri 2.

Luc. 10.

Mat. 6.

Mat. 19.

Cap.9. D. DIONYSIVS CARTHVSIAN.

D tercē dicit Aapofolus. *Quae est ergo merces mea? id cū predi-cta ita se habent, iū quo confisit p̄m̄j mēū, & quomodo promerebō mercedē apud deum, videlicet vita eternā? Et re-spondet. Ut euangelīū predicans sine sumptu: .i.non intuitu tē-poralis stipendij, P̄na euangelīū .i.euangelīca veritatem alii p̄dīcēt, ad dei honorēm, Ut nō abutat .i.nō inordi-nato fine vtar. Potestate mea, qua licet mībi stipendū uitē recipi-re. Potestate inquam mihi cōcessa. In euangelīū .i.in pra-di-catione euangelīce legis. Hac autē potestate abuteret, si a-liquid importune exigerem, vel indiscretē reciperē. ¶ Quod vero potestate mea abutus nō sim, pater per hoc. Nā cum liber effem ex omnibus .i.nulli obligatus propter merita eius, quia*

Matt.25. à nullo quicquam recepi, propter quod eis p̄dicarē, Om-nium me ferūm̄ feci .i.per spontaneam humilitatē subieci me-deo & proximis, vt omnīū vtilitatib⁹ deferuerim, p̄dican-do, orādo, cōpatiendo, parcendo, & succurrēdo, Ut plures lu-cifera-rem, .i.ad veram salutē cooperando perducerem, cre-di-ta quā talenta fructuōse expenderem. Et factus sum iudeis tanquam iudeus id est, ad iudeos ita me habui, quantum fieri potuit sine offensione dei, condescendendo eis in lictis, s. in obseruatione quorū danū legaliūm, vt in discretionē cibōrum, in circumcisione Timothēi, ne scandalizarentur iudei, & purificatis ascendendo in templum (vt in Actib⁹ legitur)

Actio.22. Adū.4. quāsi effem iudeus, vt illi. Quomodo autem cōdescensio ista fūcēlligi possit duplicitē, s. secundum simulatoriam dīpen-sationem, secundum Hieronymūm, vel secundum p̄iam & ve-ri-Augusti. ram cōpaffionem secundum Augustinūm, dicendum est in ep-i-stola ad Galat. art. 2. ¶ Hac itaque feci, Ut iudeos luerarer id est conuerterem, & pugnando ab ore hostis eriperem. His qui sub lege Moi. Sunt id est Samaritanis & Saducæis, qui so-lum quinque libros Moi. receperunt, factus sum. Quasi sub le-ge ha-4. hae effem, approbando facta eorum, quantum ad bo-na, & condescendendo eis in lictis. Cum ipse non effem sub le-ge id est, obligatus non effem legem Moi. obseruare, in ca-ri-monialibus maxime, que celsauerunt, Ut eos qui sub le-ge erant id est Samaritanos, qui non erant natione iudei, sed Persæ, & Saducæos, qui ex origine iudei fuerunt, dic-tes se esse de semine Sadoch pontificis tempore Salomonis, Luciferarem, conuertendo eos ad Christum His qui fine lege

IN EPIST. AD CORINTH. I.

lege diuina & scripta Erant gentilibus, factus sum. Tunc A quām sine lege scripta Essent manducando cum eis, quod Iudei reputabūt illicitūm, & allegando eis dicta prophetarū. Att.7.

Cum sine lege dei non effem, quia & legem Moi. quantū ad moralia iusta feruāti, Sed in lege Christi effem, id est, nouæ & euangelīce legi parerem, Ut lucrificarem eos, qui sine lege erant, id est, gentiles saluarem, Factus sum infirmis in fide

Infirmis, id est, infirmo similis, abstinēdo a licetis cibis, ne scandalizarentur, Ut infirmos lucrificarem. Similitudo nem-pe est causa amoris, idcirco conformando se aliis, quantum fieri potuit, traxit corda eorum ad fessū, que conuertit eos fa-cilius. Vnde infra ait, Ego per omnia omnibus placebo. Ideo

i. Cor. 10.  
Ofect. 15.  
B

addit nunc Omnibus omnia factus sum applicando me fin-gulis, secundum capacitatē ipsorum, Ut omnes facerem sal-uos instrumentaliter, operando ad conuersationē ipsorum. Solus autem deus principalis salvator est, iuxta illud propheticum, Ego dominus, & salvator nō est præter me. Omnia au-tam facio propter euangelīum Christi, vt cito vbiq; diuulgetur,

Esa. 45.  
Psal. 147.

curratq; velociter sermo eius, Ut particeps eius officiarē, id est, p̄ennia in Euangelio promissa consequeri merear, omniūq; quos conuerto, gloria confite existam. Ecce quomodo cir-cunspectus & sanctus Apofolus omnibus cessit, nec tam en-ve-re religionis metas ex cessit: cessit enim vt prodeisset. Quidam

Boetius.

ergo, secundum Boetium, omnis alteritas discors est, similitudo vero optanda est, id eo viri spirituales omnibus confor-mare se debent, salua obseruantia sua religionis ac vita. Nec si quis quid hi qui in stadio currunt, In superioribus horribat Apofolus Corinthios ad perfectionem suipius exemplo, di-

EPIST.  
C

xitque se ab omnibus abstinerē, quæ aliquo modo offendiculum præbent euangelīce p̄dicationi, vel proximorum salu-ti, nunc ostendit id est agendum, & hortatur ad hoc agoni-starum exemplo. Et ait, Nec nisi id est, immo scire & confiderare debet, quod hi qui in stadio currunt, id est, pedites curen-tes in spatiū deputato ad cursum, ut agilites currentis prober-tur: Continet autē stadium 12.6. passus, & dicitur à stadio, quoniam Hercules fertur instituisse, ut pedites tot passus percur-rerent, & in fine spatiū huius starent, ac respirarent. Ponēba-tur quoque in termino spatiū huius p̄mium cursus, ut e-quis vel pannus purpureus, quod dabatur velociori cursori.

q. iiiij. Vnde

D Vnde subiungitur. *Omnis quidem ista currunt ut primo*  
pertinent ad terminum spatij, & premium cursus obtineant,

*Sed unus duxat, Accipit brauam, id est, premium*  
cursus, ille videlicet qui primo attingit alij ita, vacuique di-  
scendunt. Per quod descendit, quanta sit virtus fidei nostra;  
in qua non vni, sed singulis promittit brauam cursus, quod  
est beatitudine aeterna. Hunc quippe fidei cursum non vanitas,  
sed veritas: non cupiditas facit, sed charitas, & quo quis velo-  
cius currit, eo cursus eius est alius uictori. Cursus enim iste est  
amor, qui nedit eurentes, ut bonum vniuersi redundet in aliun.

*Sic currit id est, reuereretur & fortiter opus dei implete, per-*  
seueranter atque ardenter deo seruit, ut cum P[ro]f[ect]a dica-  
tis, *Viam mandatorum tuorum ecce[re]ri. Ut enim ait Salua-*

*tor, Nemo ponens manum suam ad ararum & respiciens re-*  
tro aptus est regni dei. *Ut comprehendatur, id est, ut pra-*

*mium superne felicitatis mereamini adipisci. Quid autem*  
ita currendum sit, manifestat Apostolus per similitudinem

*agonizantium, id est, certantium in exercitu. Omnis enim*  
qui in agone contendit, id est, cum alio certat, ut fortatur vi-

*ctoriam. Ab omnibus se abstinet, id est, vniuersi agoniza-*  
tionis impedimenta vitat & abicit. Sic oportet nos facere. Vi-

*ta enim praesens agonizatio quedam est contra aduersarios*  
nostrae salutis, sicut beat[us] Iob ait, *Militia enim est vita ho[mas] su-*

*per terram. Et iterum, Homo nascitur ad laborem. Quicquid*  
ergo nos impedit a statu salutis, abiiciamus. *Etili quidem*

*agonizantes sic faciunt, Ut corruptibilem coronam, id est,*  
temporela mercedem, *Accipiant, non autem ita agamus,*

*ut incorruptam confequamur coronam, id est, diuinę effi-*  
cacie (temporelam fruitionem), de qua P[ro]f[ect]a, *Potuisti (in-*

*Roma.13; 1.Petri.2.* *quit) in capite eius coronam de lapide pretioso. Et Petrus in*

*prima sua canonica: Benedic[us] deus, qui regenerauit vos in*  
honestatem incorruptibilem, & incotaminatam, & immar-

*cessibilem, conservata in celis. ¶ Insuper Apostolus propo-*  
nit se nobis in exemplu, dicendo. *Ego igitur id est, quia in-*

*corrupta corona seruatur. Sic curro id est, per viam man-*  
datorum & semitam consiliorum, ad deum fontem viuum fe-

*stino, non importuniis motibus corporis, sed feruis sanc*te**  
*charitatis affectibus. De quo cursu scriptum est, Qui sperant*  
in domino, mutabant fortitudinem, assument pennas & aquilis,

current

current & non deficit. Et rurus alibi, *Trahi me post te, cur-*  
remus in odorem vnguentoru[m] tuorum. Non quasi in incertum

*A p[ro]l.41*  
id est, non velut dubius demercede, nec ut ignarus de fine,

*Cantic.40*  
scio enim cui credidi: & certus sum, qui potens est depositum

*2.Tim.1.*  
meum seruare. *Sic qualibet nostrum certus esse debet de pre-*

*Matt.2.4.*  
certitudine conditionali, videlicet si vsque in finem per-

*Hierec.5.*  
seuerauerit. Vnde scriptum est, *Quis fecit vox tua à fletu, quo-*

*viam erit merces operi tuo. Certitudine autem praei[us] minuit*  
*Gregorius*  
*vim flagelli. Sic pugno contra demones, mundum & carnē,*

*Non quasi ærem uerberans, id est, non incassum resufo, sed*  
*Psalm.17.*  
*tango & vinco aduersarios istos, pugnans non verbis nudis,*

*sed precibus affectuosis, & bonus operibus. Sic enim pugnauit*  
*B*  
prophetæ qui ait, *Persequar inimicos meos & comprehendā*

*illos, & non conuertar donec deficiant. Sed castigo, id est,*  
per abstinentiam, vigilias, & cetera virtutem exercitia, affli-

*go Corpus meum, reprimendo motus illicitos. Et in feru-*  
*tutem redigo id est, rationis imperio, cultuque diuino illud*

*subiici. Ne forte cum aliis prædictauerim, id est, de bonis a-*  
*gentiis, & virtutis declinandi, eos docuerim, Ipsi reprobus effi-*  
*ciar, id est, peruersus, & dānationi obnoxius, quasi nō facies*

*quod prædicto aliis, Cum scriptum sit, Cept[ur] Iesu facere &*  
*docere. Qui etiam ait, Quid proficit homo si lucretur vniuer-*  
*sum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui fa-*  
*cia? Alibi quoque dixit Apostolus, Qui alium doces, te ipsum*  
*Roma.2.*  
*non doce[re]. Hic redarguuntur inanes & miseri. Qui quid[em]*

*alios docent, non faciunt. Quod secundum beatum Thomam su-*  
*per quartum Sententiarum, est mortale peccatum. Hoc enim*  
*C*  
*est rebus seu factis propriis contradicere & veritati scriptura.*  
*Thomas*

Cap. X. *Nolo enim nos ignorare fratres.*

ARTICVL. X.



*ORTATVS est autem Apostolus ad imitandam*  
perfectionem in fine precedentis capituli exemplo  
currentium & agonizantium, ac suipius. *Hic*  
ad idem inducit exemplo ludorum, offendens  
quam graueri sint puniti ingrati ac reprobri. *Pri-*  
*mo autem recolit beneficia creatoris: & ait, Nolo enim, id*  
*est, ideo dixi præinducta, quoniam nolo. Yes ignorare ô*  
*Frates*

1.Cor.9.

Cap. io. D. DIONYSIUS CARTHYSIAN.

D *Fratres, quoniam patres nostri, id est, Iudezi ex Aegypto egressi cum Moysi, qui erant carnales patres Apostolorum. Omnia quod, Christianorum spirituales quodammodo patres fuerunt, quoniam nostra fidei fundamenta iecerunt. Quod maxime verum est de sanctis patribus, qui inter eos existabant: quorum fidem, mores & opera imitatur.* *Omnes sub nube fuerunt ambulauerunt enim sub nube in die, quoniam nubes obumbravit & protexit eos contra solis ardorem. Praecessit tandem nubes eos, sicutem pro aliqua sui parte, ut viam monstraret, ut in Exodo legitur.* *Et omnes mare rubrum transferunt in quo submersi sunt Aegypti. Aqua enim maris rubri diuisa stetit, ex virtute parte transuenientium tanquam murus, donec filii Israël per medium ficerent petram fissuram, quemadmodum in Exodo plenius scribitur.* *Et omnes in Mose, id est, per ministerium seu ducatum Moysi, baptizati, id est, spiritualiter loti sunt à nebula ignorantie & peccatis.* *In nube, et in mari, id est, per miracula dei offensio in nube predicta & mari rubro. Cum enim filii Israël ceterarent Aegyptios se infrequentes, desperando & discedendo dixerunt ad Moysen, Foritan non erant sepulchra in Aegypto, ideo eduxisti nos ut moreremur in solitudine. Sed cum vidissent quoddam nubes rediit, & stetit inter seipso & Aegyptios, ita vt tota nocte non posset ad inuicem accedere, & quod diuina virtute mare rubrum diuisum est, ipsique erexit, aqua redirent opprimentes exercitum Aegyptiorum, interius baptizati sunt à predictis peccatis: iuxta illud, Timum populus dominum, & crediderunt domino & Moysi seruo eius. Vel, baptizati sunt figuraliter tantum, id est, signum baptismatis receperunt. Nubes quippe figurauit gratiam spiritus sancti, mare vero significauit baptismum.*

E *Exodus. 16. Et omnes eandem specie Escam spiritualem, videlicet manna, manducauerunt. Hoc enim pane vis sunt annis quadrageinta. Quoniam vero manna fuerat esca corpora corporaliter aliena, nunc tamen vocatur esca spiritualis. Primo, quoniam supernaturali potestate generabatur, videlicet diuina virtute, ministerio angelorum aere. Propter quod dicitur panis angelorum, & panis cœli, ut pote cœli aerei. Secundo, quoniam erat figura sacramenti altaris, quod spiritualiter pacificat.*

F *Psalm. 77. Sapient. 16. Exod. 17. Et omnes eundem potum spiritualem bibuerunt, id est, aquam de petra*

IN EPIST. AD CORINTH. I. 126

A *de petra manante, quae erat eadem specie in ore bientum.* *Et dicitur potus spiritualis, qua diuina virtute & fluxerit de petra, sicut nunc subditur.* *Bibebant autem de spirituali hac aqua. Vel, de spirituali petra, id est, aquam fluentem de petra,* *psalm. 77. quam Moïs virga percussit, quæ spiritualis vocatur propter supernaturalem effectum, & quia figurauerat Christum: bibebunt ergo de spirituali consequente eos petra, id est, faciendo corum desiderio, aquam copiosam fundendo. Egressi enim sunt de petra aqua largissima, ita ut bibetur populus & iumenta, ut in Num. dicuntur. Vel, consequente eos petra, quia *Num. 20.* *(vt probabiliter dicitur) filii Israël tulerunt petram habentem.* *¶ Sciebat quoque p[ro]p[ter]e deus eis produxit filiis Israël aquam de petra. Primo de petra Oreb, ut patet in Exodo. Secundo, de petra ad aquas contradicitionis, ut in Num. habet.* *Petra autem erat B Christi, non essentia, sed figurativa, id est, Christum figurauit. Sicut de imagine alicuius sancti dicimus, quod sic ille vel ille sanctus.* *Quemadmodum enim de petra illa fluxit aqua, qua potati sunt filii Israël in deserto: ita de latere Christi fluxit latus & aqua, quibus potantur corda fidelium in hoc seculo. De Christo quoque emanat aqua sapientia salutaris, & riu[m] gratiae multiformis.* *Quidam exponunt prædicta solum de bonis Iudeis, qui eandem eicam spiritualem, eundemque potum spiritualem sumpererunt nobiscum, videlicet corpus & sanguinem Christi, quæ spiritualiter intellexerunt præfigurati in cibo illo & potu, siue spiritualiter comederunt, quod manducamus & nos: secundum quod dicit August. Crede & manducasti. Sed hunc sensu non videntur consonare sequentia, subditur enim.* *Sed non in pluribus eorum beneficium est deo, id est, multi patrum istorum domino duplicuerunt. Non ergo de bonis duntaxat sit sermo.* *Nam Num. 16. prostrati, id est, dira morte occisi sunt in deserto, deo v. Deut. 11. ciscente peccata eorum, ut patet de Chore & Hon. Dathan &* *Num. 16. Abiron, & decem exploratoribus, multisque aliis.* *Hec autem in figura facta sunt nostri, id est, prostratio & reprobatio impiorum Iudeorum facta est, ad præsignandum quid nos passuri sumus, si deo ingratii fuerimus. Sic autem in bonis, multo melius est figuratum quam figura, ut regnum celeste quam terra promissionis: sic in malis multo deterius est figuratum quam figura, ut gehenna quam aliqua temporalis punio.* *Si ergo**

Cap.10. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D. Siergo tam grauis fuit punitio Iudaorum figurativa nostra punitionis: quam acerbissima erit punitio nostra, si deum negligimus: Vnde Apostolus, Irritam quis faciens legem Moysi, sine villa miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora a morteri supplicia, qui filium dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Hæc itaque in figura nostri facta, id est illata sunt illis, *Ut non simus concupiscentes malorum*, id est, carnales & inordinatas concupiscentias fugiamus, secundum quod per quandam præcipit sapientem, Post concupiscentias tuas non eas, *Sicut & isti ingrati. Concupiscentias* deinde, dicentes, Quis dabit nobis ad descendere carnes? Et alibi, *Est ne deus in nobis, an non: De quibus ait Psalmista,* Psal.77. *Tentauerunt deum in cordibus suis, ut peteret elcas animabus suis.* Neque idololatriæ officianæ sicut quidam ex ipsis facti sunt vitulum aureum adorantes, *Quemadmodum scriptum est* in Exodo. *Sedit populus, id est, pars populi Manducare & bibere,* id est, ad vesendum coram simulacro ad eius honorem, *Et surrexerunt ludere,* id est, choros ducere, & idolum adorare, dicentes, *Illi sunt dij tui Israël.* Quorum vtrumque puerile & stultum est. Neque fornicari corporaliter, *Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt cum mulieribus Madianitis.* Et ceteris, id est, occisa sunt *Vna die uiginti etiæ milia.* In Num. dicitur vigintiquatuor milia, sed numerus minor non excludit maiorem. Occisi sunt autem fornicatores isti, ab aliis filiis Israël, Moysi præcipiente, & ob hanc culpam iussi sunt principes suspenidi. Phinees quoque perfodit Zambrum ducem filiorum Simeonis, & Cobs filiam nobilissimi principis Madianitarum in locis genitalibus, quo facto, cessauit plaga a populo: Neque tentemus Christum, querendo experimentum sapientie vel potentia eius, *Sicut quidam eorum tentauerunt Christum,* secundum eius diuinatem. Tentando enim deum, tentauerunt quamlibet diuinam personam. Vnde dominus dixit ad Mosen, *Tentauerunt me iam per decem vices.* Porro persona Christi aeterna est, imo Iesus Christus aeternus est, cum sit verus deus: supponit enim diuinam personam. Ad quod insinuandum, Iudas ait in sua canonica, *Iesus populum salvans de terra Aegypti.* Secundo eos qui non crediderunt perdidit, Et a serpentibus perierunt. Misit enim in eos dominus ignitos serpentes.

IN EPIST. AD CORINTH. I. 127

Serpentes, à quibus occisi sunt multi, donec crevæ est serpens Aæneus, ad cuius aspergillum sanabantur, ut legitur in Numer. Num.21.

Neque murmurauerit contra superiores aut proximos vestros cum increpat vos, vel aliquid aduerterit accusit vobis, *Sicut quidam eorum murmurauerunt contra deum & Mosen,* quemadmodum scriptum est, *Vt esset omnis turba fieri,* & murmurare sunt contra Mosen, dicentes, *Vt innam pereamus, & non inducat nos dominus in terram hanc.* Vnde saluator in evangelio loquens Iudeis, *Murmuratores, inquit, filii murmurorum,* Et perierunt, id est, in deserto occisi sunt, Matt. 20. Luce. 5.

Ab exterminatore, id est, angelo qui eos extra fines terræ promissionis percussit. *Dixit enim dominus, Omnes qui murmurantis contra me, non intrabitis terram hanc, sed in dererto iacebunt cadavera vestra.* Per angelos enim exercuit deus vltiones suas interdu. De hoc exterminatore angelo dominus ait, B Ecce mitto angelum meum qui præcedat te, obserua eum, quia non dimittet cum peccaueris. *Hoc autem omnia, scilicet ista tormenta, in figura in typica significatione, Contingebant illis, videlicet ad significandum, quod talia vel maiora fient nobis, si peccauerimus sicut illi.* Scripta sunt autem ad correlative nostram: quatenus exemplo damnationis illorum territi, emendemus vitam nostram. Felix enim quem faciunt aliena damna peritum. Propter quod ait scriptura, *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* Itaque scripta sunt propter nos, In quos fines seculorum, id est, ultima tempora mundanarum generationum, durationum seu vicissitudinum, Deenerunt.

Peruenit in nos ultima etas mundi: de qua ait Ioannes, Filiali 1.Ioan.2. novissima hora est. ¶ Præterea aduentum, quod (iuxta C doctrinam diuinam ac magni Dionysij) status ecclesiæ mediis Dionysius est inter statum synagogæ & statum patriæ. Sicut ergo que geruntur in ecclesiæ figura sum corum que aguntur in patria: sic ea quæ acciderunt in synagoga, figura erant eorum que sunt in ecclesia. Imò status & populus Iudaicus, figura erant status & populi Christiani. Idcirco omnia in figura contingebant illis. Itaque qui se existimat stare in deo per charitatem & opera virtuosa, Videat ne cadat, id est, follicite cauteat, ne peccatio gratiam perdat. Nemo ergo fecurus sit, quia in medio laquei uero famur. Dicit autem, existimat, quia homo ignorat an dignus sit amore, an odio. Propter quod Job, Ecclés. 9.

Etiam

Cap.10. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

- Iob.9. D Etim si simplex, inquit, fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Tentatio vos non apprehendat, id est, in vobis non sit. Nisi humana qua est de peccatis non nimis enormibus, non diabolica. Tentatio vos non apprehendat, id est, non capiat, non vincat, non ad concilium inducat, iuxta quem sicut oramus. Et ne nos inducas in tentationem. Nisi humana, id est, leuis & transitoria, scilicet inclinando ad venialia, sine quibus agi non potest hec fragilis vita. Hoc dicitur nonhortando, sed licentiam dando, ut venialiter peccemus, sed non prohibendo quia vitari non potest. Nam licet possimus vitare singula venialia, non tamen omnia propter somnis corruptionem & nimiam nostram fragilitatem. Tentationibus ergo mortiferis viriliter resistamus, quod viri deo auxiliante valemus.
- E Subditur enim, Fidelis autem deus est Qui non patietur vos tentari, id est, impugnari a demone vel malis hominibus. Supradictum quod potestis, id est, ultra vires. Tunc enim non pecaremus si vincetur, Sed facit cum tentatione etiam prouentum, id est, spiritualem profectionem, dando gratiam resistendi. Ut possitis sustinere, id est, per patientiam prouelere. Tentatio ergo passiva non est in se mala vel fugienda nisi forte imperfetta, cum sit virtus exercitium, atque materia triumpandi. Nullus enim coronatur, nisi qui legitime certaverit. Nam & Iacobus ait, Omne gaudium exsistente fratres cum in diueris tentationes inciderit. Propter quod ait & proprie regius, Proba me domine, & tenta me. Et Iudith, Qui tentationes non suscepunt in timore domini & in patientia, exterminti sunt. Propter quod id est, propter rationes iam memoratas Christissimi mihi fugite mente & corpore. Ab idolorum cultura que ad diabolicum pertinet tentationem. Ve prudenter, id est, rationem actuum humanorum scientibus loquor.
- B. sae.1. C Post haec ponit rationem fugiendi idolatriam, videlicet quoniam corpus & sanguinem Christi accipimus. Vos si uideate, id est, veru esse discernete, diligenter penfando. Quod dico videlicet. Calix benedictionis, id est, contentum in calice, vt pote sanguis Christi, per quem sanguinem benedicimur, id est, dona gratiarum consequtimur cui calici seu sanguini Beneditus, id est, quem consecramus, cum per prolacionem factorum verborum a nobis convertitur vinum in sanguinem Christi. Nonne communicatio sanguinis Christi est? id est, nonne

IN EPIST. AD CORINTH. I. 128

- nonne veraciter est sanguis Christi nobis communicatus seu A datus, faciensque non communionem habere cum Christo, incorporando nos ei, & faciendo nos participes meriti sue effusionis? Et panis quem frangimus, id est, corpus Christi conse- eratum ex pane, quem panem consecratum, cuius dimensio- Matt. 26. Marc. 14. nes seu species frangimus, porrigitudo cum fidelibus. *Nome Luce.22.* Participatio corporis Christi est? id est, nonne utique est corpus Christi vere acceptum a nobis, faciens nos vnum cum Christo: qui ait, Qui manducat meam carnem & bibit meum san- guinem, in me manet, & ego in eo. Quoniam unum panis per proprietatem. Et unum corpus mysticum unitate fidei, spei & charitatis cuius corporis caput est Christus. Multi sumus vi- delicet. Omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus, id est, de singulari & vero corpore & sanguine Christi refici- mur, & sacramentum tantum digne recepimus. Omnes enim mutamur in Christum, & per charitatem transformamur in ipsum. Dicimus autem secundum typicam rationem vnum pa- Ephes.1. nis, ynamque corpus. Quoniam sicut panis ex multis granis, & 1.Ioan.6.4. vnum corpus ex multis membris componitur: ita ecclesia ex multis personis fidelium, charitate vincente, efficitur. Quod au- tem fideles per sacram communionem participes sint corpo- ris & sanguinis Christi, ostendit apostolus per id quod fiebat in lege. Videat Israel secundum carnem, id est, carnale po- Hebr.13. pulum Iudeorum considerare pro tempore veteris testamenti. Nonne qui edunt hostias, id est, facerentes & Leuita sacrificia templi manducantes. Participes sunt altaris? id est, eorum quae Num.5. in altari offeruntur sunt utique. Ita qui sacramentum eucha- risticum sumunt, Christi participes efficiuntur. Quid ergo dico C id est, cum idolorum cultura, & clivum sacrificiorum, quae idoli offeruntur, prohibeo: quid dicere videor? An hoc Quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Quasi dicat, Hoc non dico. Dixi enim supra quod idolum nihil sit. 1.Petri.4. Nunc tamen prohibeo culturaum idolorum videor dicere, quod idolum aliquid sit quod tamen non dico. Quemadmo- dum ergo nihil est, quantum ad id quod esse putatur, ut dictum est plenius: sic enim offeruntur secundum veritatem. Quoniam idolum non est id, cui idolatria sacrificare intendunt. Intenti- dum enim sacrificare rei uiuenti, vel imaginis rei diuinae ac vi- uae. Idolum autem non est animatum, nec imago rei diuinae, 2.Cor.6. sed

Cap. 10. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D sed misere, vel saltem rei non colenda; ideo subditur, Sed que  
immolant gentes idololatre. **Demonis** immolant qui moran-  
tur atque respondent in idolis, quibus & placet immolatio ta-  
lis. Et non deo vero, nec diis proper excellentiam gratiae di-  
ctis. Vnde & scriptum est, Omnes dij gentium demonia. No-  
lo autem vos socios fieri demoniorum, id est, polo vt idolis sacri-  
ficando, vel idolothyta manducando in veneratione idolorum,  
vel cum scando fratum infirmorum communionem cum  
demonibus habeatis. Secundum Augustinum, ad hoc genus  
Alteri datur **Fides** id est, constantissima certitudo de invisibilibus, quae in sacra scriptura praesupponuntur. Non ergo sumitur fides hoc loco, prout est virtus theologiae. **In eodem spiritu** id est, virtus spiritus sancti. **Alii** datur **Grecia sanationis**, id est, virtus curandi infirmos. **In uno spiritu** id est, in spiritu sancto. Qui in seipso unus & simplex est, quanvis in donis sit multiplex. **Alii** datur **Operatio virtutum** id est, magnorum miraculorum facultatem naturae omnino excedentem, ut est statio solis. **Alii** prophetia hoc est, cognitio futurorum contingentium certa atq; diuinitus inspirata. **Alii** discrēto spiritū. **Hoc** est, discreta cognitio seu rectum iudicium de his

IN EPIST. AD CORINTH. I. 138

de his quae in animo aliorū versantur, vel ab eis proferuntur, A ut possit homo spiritali vnumquodque dicatur. Potest quoq; intelligi de discertione spirituum bonorum inter malignos discernendi, ne fallatur quis a Satana, proponente mala sub specie boni, vel in specie angelorum appareat. **Alii** dantur **Genera linguarum** id est, diversa idiomatica, seu facultas utendi compluribus linguis. **Alii** datur **Interpretatio sermonum** id est, exppositio alienorum idiomaticorum, vel difficultium sensuum, aut propheticorum visionum. **Sanctus Thomas** in prima secunda assignat sufficientiam gratiarum istarum hoc modo. **Gratia** gratis data ordinatur ad hoc, ut unus cooperetur saluti alterius. Ad hanc vero cooperationem tria requiriuntur. **Primum** est, diuinorum praeclera quadam cognitio. **Secundum** est, eorundem firma probatio, non utique per naturalis rationem, B sed per diuinam miracula. **Tertium** est, eorum apta prolatione. Quantum ad primum tria sunt necessaria. **Primo**, ut aliorum instrutorum prima principia sacrae scripturae, puta articulos fidei, certissime noscat. Et quantum ad hoc ponitur fides, que iam sumitur pro certitudine fidei. **Secundum** est, certa cognitio principialium conclusionum ex predictis principiis deductarum, & ita est sapientia. **Tertium** est, declaratio diuinorum & invisibilium credendorum per manifesta exempla, sique ponitur sermo scientiae. **Confirmatio** autem seu probatio inuisibilium fidei, fit per ea quae diuinae virtutis sunt propria, & hoc duplicitate. **Primo**, ut ea fiant quae diuinae potentiae sunt propria, ut sunt diuinae prodigia. **Quae** si pertinent ad corporis sanitatem, erit gratia sanitatis; si vero ordinatur ad diuinam potentiam manifestationem, erit operatio virtutum; si vero ea manifestet quae diuinae scientiae propria sunt, sic est prophetia quantum ad cognitionem contingentium; vel discrēto spirituum, quantum ad cognitionem lectorum cordis. **¶ Ad** convenientem vero prolationem, primo requiriuntur facultas idiomatica, ut possit homo loqui hominibus cuiuscunq; idiomaticis, & sic est donum linguarum. **Secundo** exigitur intellectus cognitio dicendorum, quod pertinet ad interpretationem sermonum.

**Hec omnia operatur**, id est, cum ea dona predicta efficiat in nobis. **Vnus atq; id est** spiritus sanctus. **Dividens**, i. mensurabiliter distribuens singulis quibus ista praefixa. **Prout vult,** FINIS. id est, non secundum necessitatem naturae, sed secundum libertatem

Cap. 12. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

De tem sit voluntatis externa. Ex hoc patet, Spiritum sanctum esse verum deum, aliter enim non operaretur haec prout vult.

**C**Horum exemplum subiungitur. *Sicut enim corpus humum Vnum est coniunctione membrorum & unitate sua forma substantialis, Et hoc corpus Membra habet multa vide licet manus, pedes, &c. Omnia autem membra corporis cetera sunt multa, unum corpus sunt, ita & Christus in se vnum est, habentes membra diversa, scilicet viueros fideles qui Christo vniuersitatem ut capiti faciunt, sub eo vnum mystici corpus, quod est ecclesia. Sicut ergo diversi membris, ita diversis fideli bus diversa bona sua officia deputantur atque coenuntur. Quomodo autem corpus Christi mysticum vnum sit, subditur.*

*Etenim in uno spiritu, id est, in spiritu sancto, seu gratia spiritus sancti. Omnes nos in unum corpus hoc est, ad hoc ut simus vnum mysticum corpus, per fidem & charitatem coniuncti. Baptizati sumus, non*

*Matt. 28. soli in nomine spiritus sancti, sed in nomine patris & filii & spiritus sancti, vel certe in nomine Christi, Sive Iudei sive gentilium, sive serui, sive liberi, id est, diversitas ritus, aut conditionis unitate istam non impedit. Et omnes in uno spiritu sancto poterunt sumus spirituali potatione, id est, diversis charismatibus spiritus sancti impleti. De qua potatione dicit Salvator apud Ioannem, Qui bibet ex aqua quam ego dabo, non sitiet in eternum, sed aqua quam ego dabo, fieri in eo fons aquae salientis in vitam eternam. **C**rede Apollonius similitudinem istam clarius explicans, subdit. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Loquitur autem de corpore naturali organico, quod constat ex membris distinctis. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Hoc*

*F*intelligi potest, vel de pede corporis humani, qui non ideo non est pars corporis, quoniam dicit se non esse manum. Velde pede ecclesie, hoc est homine habente gratiam inferiorem. Itaque si dixerit pes iste, Quoniam non sum manus, id est, ex quo non sum ut perfectus, ut cui operatio virtutum collata est, idcirco non sum de corpore mystico ecclesie, non ideo non est de corpore, hoc est, ex hoc non sequitur, quod non sit aliquo modo de corpore ecclesie. Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus idcirco Non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Possum autem per aurem & oculum intelligi naturalis corporis membra, vel personam ecclesiastica, ut per aurem intelligatur qui habet

**Coll. 3.**

**Eph. 1.**

**Matt. 28.**

**Eph. 4.**

**John. 4.**

**Collo. 3.**

IN EPIST. AD CORINTH. I. 139

qui habet gratuitum donum scientiae: per oculos autem, qui A

habent gratiam sapientiae: quorum inferior, quoniam dicitur se non esse parentes superioris, ex hoc tamen non sequeretur, quod nullo modo ad corpus ecclesie pertineret.

**S**i totum corpus est oculus, ubi est Auditus, id est, auris. Si totum corpus est Auditus, ubi est Odoratus, id est, narcs.

Per hoc designatur, quod si non oes fideles essent vnius officij, non posset saluari diversitas officiorum, gratiarum & operationum, quae ad ecclesie perfectionem requiruntur, periretque decor ecclesie, qui in ordine diversorum consistit.

Nunc autem propter exercenda opera naturae necessaria, posuit id est, ordinavit, formauit atque constituit Deus per causas secundas Membra in corpore hominis.

Vnumquodque eorum in corpore humano Sicut volvit qui omnium operatur secundum proprium voluntatis sue. Quod si essent omnia ad corporis integratam spectantia Vnum membrum: ubi esset

**C**orpus? Quali dicta. Non esset corpus organicum, ad cuius perfectionem diversa membra concurrunt. Nunc autem ad vitandum inconveniens tale Multa quidem membra sunt,

**E**bdom. Vnum autem est Corpus resultans ex diversitate membrorum: nullo modo est in ecclesia. Sed quoniam sit tanta diversitas ordinis in naturalibus membris corporis, ac mysticis membris ecclesie, superiora tamen indigent inferiorum auxilio, scilicet subiungitur.

**N**on potest autem oculus dicere manus, Quoniam oculus loqui posset, non tamen veraciter dicere manus, quae est organum organorum atque inferior oculo. Ope

**R**ra id est, actione Tua non indigeo quod enim oculus videt agendum, manus exequitur. Aut iterum, caput non potest dicere Pedibus qui viliores sunt capite. Non enim mihi nece

**C**cessari. Pedes enim perdificant caput ad necessaria alimenta. Sic in ecclesia contemplatiui (qui designantur per oculum) indigent opera actionum, & prelati (significati per caput) indigent subditis, qui exprimuntur per pedes. Potest enim humilius, potest & subditus, quod non potest sublimis & rectus.

**S**ed multo magis que uidentur membris corporis infirmiora esse id est, viliora, ut manus & pedes, quae cum suis membris defervint. Vel infirmiora, hoc est teneriora, ut oculus,

**N**ecessaria sunt ad vite sustentationem. Et que putamus ignobiliora esse membra corporis ut sunt membra quae ge-

f iij generationi

**Roma. 12.**

**Eph. 1.**

**B**

**Ibidem.**

**C** Galat. 6.

Cap. 12. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D 12. nerationi atque egestioni deseruiunt. **H**is honorum abundantiam circundamus id est, diligentius tegimus & vestimus. Sic in ecclesia imperfectoribus maior cura & subuentio necessaria sunt, ut feliciter diligentius instruantur & spiritualibus donis perficiantur. **H**onestia autem nostra, hoc est membra corporis pulchriora, Nullus, operimeti & ornatus. **E**gent ut oculi genit facies, Sed deus temperauit id est, convenienter proportionatum Corpus humanum. Cuius temperamentis modus annexatur. **E**t cui debeat honor id est, membris vi- lioribus Ampliori tribuendo honorem id est, ornatum vestimentorum, quia induit hominibus naturalem instinctum, ad hoc. **V**t non sit schisma id est, disproportionis membrorum in corpore, sed in ipsis hoc est, propter bonum totius corporis pro inuicem sollicita sint membra id est, sibi inuicem prom

**D**eute. 32. 2. Reg. 13. E pte subseruientia in rebus agendis, periculisque vitandis. Si- cut pro defensione oculorum manus se obicit, & pro manu defensione, oculus vindicet conspicit. **E**t si quid molestum patitur unum membrum, compatiantur omnia membra, suc- currendo lesionis membra infirmi: nam & dolor vnius mem- bri redundant in aliud. **S**ie gloriatur id est, in aliquo de- lectatur. **V**nus membrum, congaudent omnia membra id est, suo modo congratulantur atque resforeant. Quemadmodum ergo tanta est habitudo inter corporis membra, vt vnum alteri ex illeterat, condeoleat, congratuletur, sic esse oportet in- ter fideles, si velint effici membra Christi. **V**nde ad ostendendum quod ista fideles concernant, subiungitur. **V**os aus- tem eis corpus Christi mysticum, charitatis & fidei nexu-

**R**oma. 15. **C**ol. 3. **E**phe. 4. F ad inuicem, & cum Christo vnitum. **E**t etsi Membra dependentia, quantum ad esse spirituale De membro id est, Christo principali capite nostro. Vel, de membro, id est, persona ecclesiastica, cuius predicatione etsi conversi.

**D**einde tractat Apostolus de ordine praedicatorum donorum, & distinctione ministracionum. **E**t quofdam quidem id est, paucos, respectu aliorum posuit deus per fidem & gra- tiam In ecclesia id est, inter fideles Primum ordinis dignitatis Apostolus summos ac primos Christi vicarios, principes populo ac iudices. Secundo, id est, statim post apostolicam dignitatem posuit Prophetas noui testamen- ti, mysteria scripturarum ac futura pronunciantes, quales in actibus

IN EPIST. AD CORINTH. I. 140

in actibus Apostolorum leguntur fuisse Agabus, Sileas, & alij A Act. 11. plures. Ariopagitan quoque Dionysium fuisse prophetam testatur epistola eius ad Euangelistam Ioannem. **T**ertio loco dignitatis, posuit deus Doctores, praecepta vita pre- dicantes, & alios imbutentes. De quibus in actibus legitur. Erant **A**ct. 13, autem in ecclesia, qua erat Antiochia, prophetae & docto- res. **D**einde posuit deus in ecclesia Virates, id est, opera- tores miraculorum in rebus extra hominem. **E**xinde posuit

Gratias curationum hoc est, sanatores corporum humano- rum ordine supernaturali. Certum est autem, omnia ista conuenire apostolos. Erant enim summi prophetae, & primi do- ctores ecclesiae, signis praeclari: fed Apofolus ponit hic ordina- tionem gratiarum & gradus ministrorum, digniora dignio- ribus tribuens. **P**ratere posuit deus in ecclesia opulationes Bnes, id est, adiutores superiorum, sicut archidiaconi opitu- lantur episcopis: Gubernationes, id est, praelationes minorum perfonarum, vt sum presbyteri: Genera linguarum, id est, loquentes linguis diuersis ex gratia speciali: Interpretas- tione sermonum, hoc est occulorum sensuum explanatores.

**Q**uod autem non omnia dona data sunt singulis, sed vni hoc, alii illud, declarat continuo. **N**unquid omnes homines sunt

**A**pofoloi? non vtique, sed paucissimi. quanto enim perse- fatio maior, tanto est rarius. **N**unquid omnes prophetae? nun- quid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? id est, miracu- la operantes? **N**unquid omnes gratiani habent curationum? nun- quid omnes linguis diuersis loquuntur? nunquid omnes inter- pretantur? exponendo obscura. **N**e autem desiderium ho- minum principaliter seratur ad desiderandum dona ista gra- tua, eo quod ad honorificentiam quandam pertineant, monet Apofolus, vt dona gratum facientia, sicut sunt septem do- na spiritus sancti, potius desiderentur. **A**emulamini autem hoc est, sectamini & optate Charismata meliora, hoc est, fa- labriora dona spiritus sancti. **E**t adhuc ultra omnia pradi- eta Excellentiori via ad patriam perducantem. **V**obis de- monstrabo. In sequenti capituli exordio, scilicet charitatem.

Cap. xiii. Si linguis hominum loquar &c.

ARTICVLVS XIII.

§ iiiij HABITO

Cap. 13.

## D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

1. Cor. 12.



**A**BITO tractatu de gratia gratis datis, iam agitur de charitate, que secundum quodam realiter idem est cum gratia gratum faciente. Secundum Thomam vero ab ea realiter differt, est tamen inseparabiliter ei unita. ¶ Charitatis igitur dignitatem insinuans ait, Si linguis hominum vniuersorum loquuntur & loquor. Apostolis namque data est omnium linguarum noritia. Loqua quoque Et spiritualibus linguis Angelorum, id est, quanvis si loqui possem, sicut angelii sancti loquuntur ad inuicem per intellectualem conuerzionem unius ad alium, ut cum superioribus illuminant inferioribus, vel inferioribus superioribus propriis manifestant conceptus. Quo loquio est per voluntariam determinationem ac intellectualem eorum conuerzionem ad inuicem: quod enim in corporalibus facit situs, hoc in spiritualibus efficit ordo, secundum Augustinum,

Charitatem autem dei & proximi Non habeam, fatus sum uelut ex sonans, aut cymbalum tinniens, id est, inanem strepitum verborum emitto, qui alios docet atque delectat: mihi autem non prodeat, quoniam spiritualiter mortuus sum. Aes quoque sonando, aliis aliquid significat, cymbalum quoque tinniendo audientes delectat. Pater ergo quod donum lingua sine charitate nil proficit, quantumcumque si sublimis. Si si habuero prophetiam qua est supernaturalis cognitione futurorum, Et no uerum mysteria omnia, id est, occulta sacramenta summae trinitatis. Et omnem scientiam viriisque testamenti. Et habuero omnem hoc est perfectam. Eadem ita ut montes orando, vel im-

Marc. 11.

Transferam de locis suis. (De qua fide in Evangelio loquitur Christus, Quicunque dixerit hunc monti, tollere & mittere in mare, & non hasseauerit, fieri ei) Charitatem autem non habeam, nihil sum quantum ad esse spirituale, desiforme, ac meritorium. Charitas enim vita est anima, ideo charitate ablata, definit esse & vivere coram deo. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, id est, omnia bona mea pauperibus nutriendis erogauerero. Et si tradidero corpus meum tormentis pro obsecratione iustitiae ita ut ardeam, id est comburatur: Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest ad prouerendam vitam eternam. Charitas enim vivificat mentem, iungitque affectum cum deo, referens cuncta ad ultimum finem. Charitas patiens est, facit enim aequanimitate ferre adversa

## IN EPIST. AD CORINTH. I. 141

versa amore dilecti. Benigna est, id est, clemens, facilis ad do A nandum. Hic actus sunt a charitate imperative, ab habitu vero patientie & benignitatis procedunt elicitive. Charitas non emulatur, id est, non inuidet prosperitati alterius. Porro significaciones huic verbi æmular, continentur hoc versu, Aemulator inflatur, amat, inuidet ac imitatur. Charitas Non agit persperans, id est, peruerse, impediane bonum alterius. Non inflatur tumore superbiae, Non est ambitionis optando prælatiu- nem. Non querit que sua sunt non est inordinate ad seipsum reflexa, ita ut solum aut finaliter intedat & querat proprium bonum, sed potius querit de honoris finaliter proximorum autem salutem querit ut propriam. Vel, non querit que sua sunt, id est, sua non repetit cum scandalo alterius: non enim amat pecunias, sed animarum (alatorem). Non irritatur, id est, B nec verbis nec signis provocatur ad iram. Non cogitat malum, id est, documentum inferre aliqui. Non gaudet super iniqui- tate, id est, de culpe alterius non levatur, immo compatitur. Congaudet autem ueritati vite doctrina aqua iustitiae, id est, bonis operibus, & recte doctrina. Omnia suffert, id est, aduersa fortiter tolerat, & proximorum defectus pie sustinet. Omnia credit, qua diuinus reuelantur. Non omnibus, cum non sit credendum omni spiritui, nec simpliciter omnia qua di- cuntur credit esse vera, quia hoc esset incircumspectio: secundum illud, Innocens credit omni verbo, Vbi innocentia pro defec- tu sensus accipitur. Omnia sperat id est, diuina promissa longanimenter expectat & que petet, confidit ad ipsi scilicet Omnia fulnet, id est, onera aliorum sustentat & portat. Charitas C nunquam excidit, id est, nunquam finitur, aut esse definit. Quod intelligendum est, non quantum ad subiectum charitatis: nam habens charitatem potest eam amittere. Tuxit illud, Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisisti. Et Christus in Evangelio, Refrigescit, inquit, charitas multiorum. Sed intelligendum est, quantum ad charitatis perfectionem internam, quoniam ita perfecta est charitas, ut nec actus nec habitus charitatis repugnat statui beatorum. Vnde cum pra- senti vita non finiuntur, sed in futuro perficiuntur. Tunc enim charitatis præceptum perfecte implabitur. Potest tamen intel- ligi de charitate perfectiori, qui ita in dilectione & gratia cōfirmati sunt, ut cum apostolo dicere queant, Quis nos separa- bit à

Math. 5.  
Iacob. 5.

1. Ioah. 14.

Propterea 14.

Apoca. 2.

Matt. 24.

Roma. 8.

Cap. 13. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Dicitur à charitate Christi: *Sicut sunt Propheticæ tamen Euacuas buntur, id est, cessabunt cum vita præfenti. Propheta enim est obscura cogitatio, & concernit futura: cognitio autem beatitorum est clara, & omnia sunt eis quasi præfentia.* *Sicut lumen gaudie cessabit, esse in patria. Non quod substantia lingue aut vlos eius nō erit, nam sancti in patria omnia corporis membra habebunt, & vocali laude atque corpore aucto venturæ, prout probabilius dicitur. Intelligendum est ergo, quod dominum linguarum cessabit, quia non dabitur in patria alieni vius linguarum diuersarum ad hoc ut diuersis loquatur linguis, eo quod non omnes linguis intelligent, omnes enim omnes linguis cognoscunt. Et sicut probabiliter aëstiment alii,*

*E* qui, sicut in primo statu generis humani erat populus unus & labium unum, ut patet in Genesi: sic in ultimo statu erit omnium electorū unum idioma. Ad quod applicari potest illud

*Zach. 14.* *In die illa erit dominus unus, & nomen eius unus.*

*Sicut scientia destruet non quantum ad habitudinem, aut species intelligibilis: sed quantum ad actum & modum agendi, id est, quantum ad discursum & reflexionem adphantasmata, quorum virtutum imperfectio est. Ideo subditur.*

*Ex parte enim hoc est, imperfectio cognoscimus, & ex parte prophetamus. Vtraque enim cognitione valde incompleta est. Nam sicut se habet oculus nocte ad lumen solis, sic intellectus noster se habet ad manifestissimam naturam;*

*id est, ad cognitionem substantiarum separatarum, & maxime de sublimis & benedicti, que tamen ex sua natura sunt maxime cognoscibilis, cum sint maxime actualia atque formalia.*

*Cum autem uenerit quod perfectum est hoc est, cū in patria fuerit nobis concepsa visio dei per speciem, quae est perfecta & prorsus durissima. Euacuabitur, id est, destruetur.*

*Quod ex parte est hoc est, imperfectio cognoscendi, non habitus cognoscitius, nec actio eius perfectionis, sed rationatus quo proceditur à noto ad ignotum per inquisitionem, quod non erit in patria.*

*Sed circa hoc aliqui mouent, quod etiam dilectio nostra est imperfecta, & imperfectio nostra tolletur in patria. Ad quod respondendum, quod licet imperfectio auferatur, directus tamē immediat⁹ ac proprius actus charitatis non tollitur, sed perficitur in beatis,*

*¶ Deinde apostolus ponit declarationem istorum per exemplum status puerilis, qui cum sit imperfectus, euacuat adueniente*

IN EPIST. AD CORINTH. I. 142

niante matura aetate. *Cum esset parvulus aetate, sensu & quantitate loquebat ut parvulus verba imperfekte pronunciando sapiebat ut parvulus circa veritatis notitiam sape errando cogitabat puerilia & iocosa. Ut parvulus facere solet.*

*Quando autem factus sum aetate & sensu Euacuavi que erant parvuli, id est, puerilia dereliqui, & ad perfectionem me transtuli. Videmus oculo intellectuali, id est, deum cognoscimus. Nunc id est, in præfenti exilio per speculum, id est, per obscuras imagines, scilicet creatas essentias, quæ dei natum imperfecte, immo obscurissime representant. Non enim ostendunt quid deus sit, sed quid non sit. Nec ostendunt deo quid est, sed quia est. Sic ergo videmus per speculum inenigmata, id est, in umbrosum similitudinem, vegeto in formis intelligibilius, & scripturarum figuris ac tropis, in quibus modicis quid diuinæ lucis resplendet. Omnis namque creatæ essentia, omnisi species intelligibili intellexit in hac vita percipiens, in infinitum occumbit, & deficit à perfectione diuinæ nature. Idcirco eam representare nō potest, nisi obscure & circunuela-*

*te. Propero quod diuinissimus Dionysius affert, impossibile Dionysius, est alter nobis lucere diuinū radium, nisi circumuelatum variis velaminibus sensibilium rerum. Nunc cognosc ex parte, id est, imperfecte. Vnde in Job dicitur, Ecce hæc ex parte dicta 10b. 26. sunt viarum eius. Et cum vix parvū fillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?*

*Tunc autem cū ad patriam venero. Cognoscam deum sicut & cognitus sum ab eo, id est, clare atq; per speciem, sicut in prima Ioannis canonica legitur. Cum apparuerit, similes ei crimus, 1. Ioan. 3. quia videbimus eum sicut est. ¶ Scindendum autem, quod sicut in hoc loco non dicit æqualitatē, sed similitudinem quandā, que consistit in hoc, quod sicut deus gloriōsus & sanctus videt se ipsum per propriam essentiam, ita quod in deo id ē sunt, quod videtur, & quo videtur, seu obiectum & species: sic nos videbimus eum per ipsius essentiam, tanquam per intelligibile formam nostræ mentis immediate non tamē inhaesive unitam: sicutque deus erit nobis quod videbimus, & quo videbimus, seu obiectum & species. Nulla namque forma creatæ tante perfectionis est, ut per eam videri possit deus secundum quod in ipsis subsistit, immo ab hismodi diuinæ essentiae representatione deficit infinite. Vnde & summi philosophi, tam Platonici q*

*Ezecl. 27.*

Peripateticī

Cap. 14. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D Peripatetici dixerunt , primam causam non cognoscit ab aliqua substantia separata, nisi per negationem , & quia est, ita quod tanto verius, perfectiusque , cognoscetur deus ab eis, quanto clarius cernerent deum penitus intuisibilem, inenarrabilem & incomprehensibilem esse. Hoc ergo apostolus dicit, videre deum facie ad faciem, cognoscere eum sicut cognoscit nos. Videret autem per speciem, tantum est dicere, sicut videre per essentiam , ad quam beatissimam ac super dulcissimam visionem disponitur intellectus creatus in patria immediate per lumen glorie, quod est gratia consummata ponens intellectum in esse deiforme ac deificato. Nunc autem id est, tempore vite & peregrinationis istius Manent in corde fidelium. *Galat. 5. 5.* E*spes, caritas, tria haec id est haec tres virtutes theologicae habentes deum pro immmediato obiecto. Maior autem horum id est dignior fide & ipe est caritas. Tamen virtutes theologicae digniores sunt ceteris omnibus donis atq; virtutibus.*

Cap. XLI. *Sedlamenti charitatem.*  
ARTICVLVS. XLI.

*I. Cor. 13.*



Acta determinatione, quod caritas maior sit ceteris donis, & gratis datis nunc hortatur Apostolus ad charitatem imitationem, & gratiarum gratis datum ponit comparationem & ait, *Sedlamenti* toto cordis affectu *charitatem dei* & proximi , que vna est quantum ad habitum , & quod deus sit finis, & ratio diligendi proximum. Charitas ergo sedlanda est, vt si non habeatur, studeamus eam acquirere. Si vero habetur, entitamus in ea proficere, & omnia nostra exercitia ad ei<sup>o</sup> incrementum referre. Ait enim Salvator , In hoc cognoscetis omnes , quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad inuicem *Aemulamini* . i. concupiscite *spiritualia* dona, videlicet gratis datas, ut alii proficiatis. *Magis autem optate* *Vi prophetias* quam ut linguis loquamini, quoniam donum prophetiae maius est dono linguarum. *Qui enim loquitur lingua* . i. diuersis loqueliis vitur, sicut per donum linguarum accipit, loquens videlicet lingua ignota & peregrina. Vel qui loquitur lingua. i. idiomate proprio ac voce sine intellectu corum quae dicit, proferens signa quorum signata igno-

*Matt. 22.  
I. Ioan. 4.*

*Ioan. 13.*

IN EPIST. AD CORINTH. I. 143

*rat Non hominibus loquitur* . i. non ad instructionem eorum Sed deo . i. ad laudem ipsius, vel quia à deo intelligitur, cu*ius laudibus instat. Nemo enim audit* . i. de circa nō hominibus loquitur, nemo enim audit auditu cordis, i. nullus intelligit quid ille loquatur, quantum est ex virtute loquutionis illius. Domus enim in linguarum per se non instruit intellectum. Sumitur nempe hoc loco, loqui linguis, pro loquitione non perfectly intellecta, nec satis explanata, sicut purus grammaticus physicam potest in latino, sed non potest eam expondere: & aliquis simplex legit horas canonicas, quatum sensum non capiat. *Spiritus autem prophetar. i. spiritus sanctus per prophetas Loquitur mysteria diuina secreta. Dar enim prophetis intellectum eorum, ut possint scripturarum sententias evidenter cognoscere, & alius predicare, quod est ecclesia edificare. Propterea subditur. Nam qui prophetat* . i. scripturas exponit, & sensus latentes declarat *Rominibus* . i. ad profectum hominum. *Loquitur* . i. ad edificationem incipientium

*Et exhortationem proficientem et consolationem mostrorum. Qui loquitur lingua secundum sensum exppositum Semei ipsum edificat* . i. sibi memorem proficit, sequitur in bono actu exercet, preferendo verba diuina, & deum orando, quanvis sensum non capiat. Qui autem prophetat, ecclesiam dei edificat sicut nunc dictum est. Prophetare autem (vt patuit, & vt ait Ambrosius) sumitur iam pro eo quod est visiones diuinas sibi vel alii factas, seu sacras scripturas diuinis reuelatas, per intellectuale lumen menti communiciatum, expondere. *C* Ne autem apostolus videatur donum linguarum omnino contenerere, addit. Volo autem quantum in me est. *Vos omnes loqui linguis diuersis ex dono spiritus. s. cum sit quoddam donum Magis autem vole vos Prophetare*, Nam maior spiritualiter, i. perfectior est ceteris paribus. Qui prophetat referando abdita scripturarum. *Quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur* id est, ea quia loquitur clare exponere possit: sic enim maior est quia sic habet utrumque donum, videlicet prophetiam & linguis. Nam interpretatione sermonum ad donum prophetiae reducitur. *D*enique S. Thomas in secunda secundum ponit tres rationes, cur donum prophetiae dignius est dono linguarum. Prima est, quoniam donum prophetiae consistit in interiori illuminatione mentis: donum vero

*psal. 148.*

*psal. 67.*

*Ambro. 8.*

*C*

*thomas.*

**CAP. 14. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.**

D verolinguarum refertur ad diuersas voces proferendas, quæ sunt signa intelligibilis veritatis. Secunda, quoniam donum prophetie ordinatur ad noticiam rerum, donum vero linguarum ad noticiam vocum. Tertia, quia prophetia donum virtutis est, eo quod valat ad confirmationem ecclesie, sicut declarauit Apostolus. Vnde per sui ipsius exemplum ostendit, quod donum linguarum non profit alii per se, nisi adiuncta interpretatione sermonum, at enim: *Nunc autem o Fratres, si uenero ad uos linguis loquens id est diuersa idiomata profere ns. Quid uobis prodero ita loquendo nisi uobis loquerer in reuelatione? id est exponendo reuelationem diuinam factam quæ est, quia quæda mysteria per figuram ostenduntur sicut in Apocal. Aut in scientia id est exponendo ea quæ ad scientiam spectant, & fidem illuminant. Aut in prophetia id est, exponendo dicta prophetica. Aut in doctrina? morali, exponendo ea, quæ mortui informationem concuerunt. ¶ Præterea introducit exemplum Apostolus de rebus inanimatis, ad ostendendum quod lingua fine interpretatione inutiles sint.*

Tamen que sine anima sunt id est inanimata. *Vocem dans tia id est sonantia, sumi enim sonum pro voce, nam vox propriæ est animatorum. Sive .i. inanimatum, sit Tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonorū dederint .i. distinctos sonos redderint. Quomodo scitur .i. discernetur Quod canitur, aut quod citharizatur? q.d. Quis poterit alter iudicare modos & consonantias carminis? Etenim si incertam uocem .i. indeterminatum sonum Dederit tuba, qui clangit tempore prælij? Quis parabit se ab bellum? nullus vtique. Institutus est enim certus modulus clangendi tempore preparationis ad pugnam.*

**Hier. 6.** *¶ Deinde apostolus applicat similitudinem istam ad propostum.*

**48.** *Ita & uos per linguam id est linguis loquendo. Nisi manifestum sermonem dederitis .i. verba vestra planè atque faciliter expofueritis. Quomodo scitur hoc est ab auditoribus intelligetur id quod dicitur? id est prædicatur à vobis? Non vtique intelligetur. Eritis enim in aere loquentes id est inanem sonum verborum in aere formantes, & corporum aures, non animorum intelligentias percipientes. Tam multa idiomatica. Genera linguarum sunt in hoc mundo videlicet septuaginta duo. Et nihil sine uoce est id est vnaqueque plebs vititur propria uoce. Vel qualibet res habet uocem qua significatur. Si ergo nescio,*

**IN EPIST. AD CORINTH. I. 144**

**A** sciero, uirtutem id est, significationem. *Vocis quam loquor A vel audio Ero ei cui loquor id est quem docere præsumo.*

**B** *Barbarus id est, non intelligibilis. Barbarum enim vocamus quod non intelligimus. et quod loquitur mihi lingua extanca vel obscura, erit mihi Barbarus id est, non intellectus.*

*Matt. 25;  
Marc. 16.*

*Sic & vos quoniam emulatores effis spirituum hoc est, appetitores spiritualium munierum spiritus sancti. Ad edificatio nes in ecclesiæ querite ut abundetis id est, ad hoc laborate spiritalibus? donis impleri, ut aliorum saluti cooperemini, quod est ad dicere ecclesiam. Et ideo qui loquitur lingua id est, loquendo vitur dono linguarum Oret deum Ut interpretetur id est, vt deus, conferat sibi gratiam interpretationis sermonum, ut quia loquitur, plane intelligat, & aliis euidenter proponat. Nam si ore lingua id est verba orationis sine intellectu pronuncio Spiritus meus id est voluntas Orat id est, ad deum afficitur, quia ei per charitatem vititur, & cupit adipisci quod verba orationis significant, sicut sensum in speciationi anima non cognoscit. Significatur vera voluntas per spiritum, quoniam spiritus vim impulsuā seu motiuā importat. Impulsu autem seu motio respicit voluntatem, cuius est ferri atq; impelle re amante Mens autē mea .i. intellectus. Sine fructu est hoc est, sine contemplatione & delectatione, que consistit in distincta & propria cognitione eorti qua per orationem designantur. Quid ergo est mihi agendum? Orabo spiritu affectu Orabo & mente, i. in intellectu orando deuoto toto corde, ita vt dili geter attēda, atq; ardenter optabo quod oro. Simil modo Psalms id est, deum laudabo Spiritu, psallam & mente. Ex his patet donum prophetiae dignus esse dono linguarum, quia per donum prophetiae orat quis mente & spiritu, intelligit enim quæ dicit: sed per donum linguarum non orat homo nisi in spiritu. Ceterum si benedixeris id est, alij bona dixeris, seu benedictionem contuleris, sicut facit episcopus & sacerdos Spiritu hoc est, non verbis quæ ab aliis intelligantur, sed solum lingua Qui supplet locum idiote id est, dato quod nemo tunc adit nisi illiteratus & rudis Quo modo dicit Amen super benedictione tuæ hoc est, quomodo tibi respōdebit, & consenseris ac desideris verbum tuæ benedictionis adiicere. Non potest hoc facere cum attentione. Quoniam quid dicas nescit id est, sensum tuæ benedictionis non percipit.*

*B  
Rom. 8.  
1. Cor. 6.  
Matt. 15.  
1. Cor. 6.*

*Letit. 19.*

*Nam tu*

Cap. 14. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

- D. *Nitum quidem bene gratias agis deo ipsum laudando in spiritu eius, cum affectu Sed alter non edificatur id est, non proficit, non acceditur, nec instruitur in veritate tuis qua non inteligit, eo quod non loqueris interpretando seu exponendo sermonem. Gratias ago deo meo quod omnium uestrum lingua loquor.*
- Aff. 2. *Data est enim apostolis per donum linguarum, vniuersarum linguarum scientia, quatenus vniuersis gentibus praedicantur,*
- Sed in ecclesia materiali, & inter fidèles Volo portius Quisque hoc est, pauca Verba loqui sensu meo id est, cum intellectu perfecto, ut meipsum intelligā, & ab aliis intelligar. Ut & alios instruam. I. sicut pertinet ad prædicatorem. Quam de cem milia uerborum loqui, id est, quantumcumque verborum multitudinem. Ponit enim determinati pro indeterminato, quæ admodum in Daniele legitur. Milia milium ministrabitur ei, &c. In lingua duntaxat, id est, sine intellectu, & aliorum instructione. Fratres (mei) nolite pueri effici sensibus id est, pueris nolite conformari, quantum ad imperfectionem eorum cognitionem, ne more puerorum eritis discernendo inter bonū & malū, verū & falso. Scriptum est enim, Puer centum annorum maledicetur. Sed malitia parvula estote, hoc est, puerorum innocentiam se fermini, sicut & Christus monet, Nisi conuersus fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Et Psalmista, Testimonium (inquit) dominis fidei, sapientiam prestantis parvulis. Sensibus autem id est, interioribus actibus intellectus, perfectissimi, ut habeatis sensus exercitatus ad discretionem boni & mali. Quis autem sit sensus perfectus, innatur per sapientem, qui dicit, Cogitare de sapientia, sensus est consummatus. In lege enim, prout lex omnes scripturas veteris testamenti includit. Scriptum est in Esaia. Quoniam in aliis linguis, & aliis labiis id est, non solum in Hebreo, sed in diversis linguarum generibus, & insolito modo loquendi. Loquar per apostolos, populo huic Iudeorum, Et nec sic id est, non propter tam euidens signū, Exaudiens me id est, sermonibus meis acquiescent. Dicit dominus. Hoc contigit patet in actibus, ubi inducitur quemadmodum apostoli spiritu sancto recepto, loquebatur Iudeis variis linguis, Iudei ramen pro maiori parte permanerunt increduli. Hoc allegat apostolus, ut ostendat Corinthiis, cur non debent tam inhianter querere donum linguarum, quod ipsi ex*

IN EPIST. AD CORINTH. I. 145

*ipsi ex quadam curiositate magis querebant quām gratiā propheeti, ob hos quod linguae in signū sunt infidelibus, ipi vero fam erant fidèles. Vide concludit, itaque lingue in signū sunt non infidelibus, sed infidelibus id est, non propter necessitatē vel conuersione creditantium, qui sciunt deum omnia posse, nec indigent tali miraculo. Infidelibus vero necessaria fuit nouitas huius miraculi, ut vel sic admoneretur conuerti ad dominum. Prophete autem in signū sunt non infidelibus, sed fideli bus, quia non proponitur infidelibus, ne margarita protinus ātatur ante porcos, vel sanctum canibus detur. ¶ Adhuc autem probat Apostolus, quod donum linguarum non sit adeo apertūdum, ut donum prophetiae. Si ergo uniuersa ecclesia, hoc est societas fidelium conueniat in unum mente & corpore,*

*Et omnes fidèles. Linguis loquuntur diversis & inclinatis. Intret autem idiota aut infidelis, & audiatur vos sic loquentes. Nonne dicent quod infanitii? tanquam obſessi, vel arreptiūcū enim fuerit inter vos tantus tumultus & cōfusio linguarū, nec venis intellexerit alii, videbimini similes phreneticis, illisq[ue] atque amentibus. Si autem omnes fideles prophētent id est, abdita scripturarum exponant, & intellectu alter de secretis cōferant, vel diuinis reuelata dei alii publice dicant, Intret autem quis infidelis aut idiota, conuincitur ab omnibus prophetabitus, quod sit in aliquo errore. Diuidicatur id est, damnabilis demonstratur. Ab omnibus. Occulta enim corda eius videlicet peccata latentia, seu cogitationes iniustae, manifesta sunt per prophetias illorum. Et ita cadens in fāciem id est, se peccatorē agnoscens, penitens, & in terra prosterñens se, Adorabit deum pro indulgentia & misericordia,*

*Pronunciens quod uero deus in ipsis sit per gratiam speciale. Deinde pandit Apostolus, quomodo vtendum sit donis linguarum ac proprieťat, Quid ergo est fratres? id est, cum prædicta ita se habeant, quid est agendum? Cum conuenitis in ecclesiastam unusquisque uestrum in se, vel in alio sibi per charitatem coniuncto, Psalmum habet id est, laudem dei cum cantico, Doctrinam habet moralem, ad alios imbuēdos, Apocalypsim (id est, reuelationem) habet, lingua habet, id est, donum linguarum, interpretationem habet, hoc est, facultatem exponendi scripturas aut linguas. Omnia autem hæc*

*t Ad ecclisie*

A  
Heb. ii.

Matt. 7.

B

Acta. 2.

C

Matt. 9.

D. Ad edificationem fiant ecclesie, id est, ordinare & charitate, secundum quod congruit congregatiōne fideliūm. Siue lingua quis loquitur id est, si aliquis loquendo utitur dono in quartum, Secundum duos fiant talis loquatio. Aut ut multum sit, secundum Tres id est, non nisi duo, vel ad manus tres, ita loquuntur, ne tempus expendatur in tali occupatione minus fructuosa in se. Fiat quoque loquatio ista, Et per partes id est, successione, quantum ad tempus, vt vnu loquatur post aliud. Vel diuinum, quantum ad partes populi. Vel intercise, vt post vnam partem loquitionis, lequatur eius expositio, & post aliam partem similiter. Sicut fit quando predicator pre-dicat dominibus ignotā lingua per interpretēm. Ideo subditur, Et unus interpretetur id est, aliquis sit qui exponat po-pulo dicuntur. Si autem non fuerit praefens aliquis Inter-terpes (id est, expositor) taceat in ecclesiā, qui loquitur lin-gua, quia nullum edificat, nisi ipsemet interpretetur, Sibi au-tem id est, ad suam propriam vtilitatem. Loquatur orando. Et deo id est, ad gloriam dei in secreto, vt nullum impediatur. Prophetas id est, scripturarum expoſitores sive doctores, Duo vel tres dicant id est, in ecclesiā praeſidēt ordinatē & ſigillatim (tot enim ſufficiunt). Et ceteri diuident id est, diligenter diſcernant, ne forte aliquid falsitatis commiſſeatur. Quid si aliq[ui]d melius & ignotum ac necessarium Reuer- latum fuerit per spiritum sanctum, Sedenti id est, alicui au-ditori, Prior prophetans Taceat dans locū loquendi huic, illuminato. Potestis enim omnes per ſingulos. Singulatim sci-licet vnu poſt aliū, Prophetare. Scripturas ſacras diſfer-are, et iuxta mysteria declarare, Ut omnes dicant, etiam ſupe-riores ab inferioribus, qui nō omnia omnibus reuelat, fed aliqua vni, aliqua alteri, Et omnes exhortentur id est, verbum exhortationis proponant, qui libet ſuo loco ac tempore, ne fiat turbatio. Et spiritus prophetarū prophetis ſubieciſt sunt. Hoc mul-ti exponunt de spiritu sancto, qui pluraliter dicitur spiritus, propter diueritatem donorum iuorū. Vel propter pluralitatem prophetarū quos implet. Dicitur autē prophetas ſub-iectus, quia nō cogit eos tacere vel loqui, Ideo vnu poſte alteri cedet. Aprius vero videtur poſte intelligi de spiritu ra-tionali, creato videlicet. Ut spiritus id est, anima, seu ratio & Matt. 7. voluntas prophetarū dicantur eis ſubiecta, quia prophetæ non

non ſunt loquuti ſicut amentes & infenſati, vt voluerunt ha-retici, sed ſpōre & liberē loquebantur, ita quid ſibiſ poterāt imperare & obedire. Non enim eiſi diſſenſioſ id est, diſcordia Deus autor vel approbator, Sed pacis. Ideo vult vt vnu alteri cedat, Sic in omnibus ecclēſiā ſanctorū doceo per meipſum & diſcipulos meos, & per epiftolas meas. ¶ Et quia iam dixit Apostolus, Potestis omnes prophetare, ne hoc de va-tro que ſexu intellegantur, ſubieciſt. Mulieres in ecclēſiā taceat id est, nec prophetare, id est, docere, nec loqui linguis praefi-ſmant. Non enim permittitur eiſi aliqua authoritate, Loqui in ecclēſiā, nifi ſecrete orando, Sed praecepit eis ſubiecta eſſe uiris ſicut & tē dicit in Genesi. Sub viri potestate eris, & ipſe dominabitur tui. Si quid autem uolunt dicere, domi viros tuos interrogent, vt inſtruantur, non in ecclēſiā. Turpe eſt enim id est, iahoneſtum ac indecens, mulierem loqui in ecclēſiā. Primo, quoniam mulieribus conuenit verecundia ac ſubie-ctio: docere autem pertinet ad eminentiorem. Secundo quoniam ratio naturaliter debilior eft in femina, quam in vi-ro. Tertio, ne ex fermocinatione mulieris conceitet li-bido virorum. Colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. ¶ Inſuper increpantur Corinthiorum rebelleſ, qui in aliquibus prelaſperum uitare ordinationes apostoli. Ne ergo & huc ordinationis deſilento mulierum refiſtere au-deant, dicitur eis, An a uobis uerbum dei proceſſet? id est, non vtiq[ue] a vobis ortum ſumpſt praedicatione euangelica, ſed a nobis. Idecirco temenim acquisiſcere noſtriſ ſtatutis. An in-tios ſolos perueniunt? hoc eſt, non vobis tantum, ſed alii multis annunciat & infuſa eſt Christi doctriña. Ideo conformetis vos alii, & implete quod dico. Si qui uideatur prophetare eſc, aut ſpiritualiter id est, qui verē prophetat, exponendo ſcrip-turarum mysteria, vel praedicendo futura, Cognoscas id est ſpiritualiter penſet, Quae ſcribo vobis, quoniam domini ſunt mandata id est, ex diuina inspiratione à me prolatā, non ex proprio corde conſiſta. Si quis autem ignorat, ita quæ ſciere tenetur, Ignorabitur id est, à deo non cognofeo-ter noticia approbationis: ſicut nec illi quibus dicitur, Necſo vos vnde fitis. Itaque fratres, emulamini id est, deſide-rate, Prophetare ſecundum ſenſum iam ſepe p̄e-habūtum, Et loqui linguis id est, vt di uno linguarum. LUC. 13. tij Nolite

Genes.

B

Ecclesi.

C

Luc. 13.

Cap. 15. D. DIONYSIUS CARTHYSIAN.

D. Nolite prohibere eos qui possunt sic loqui, quanvis melius sit prophetae. Omnis autem qua sunt inter vos, honestus est, virtuosus. Et secundum ordinem id est, ordinare.

Fiant in uobis ut nihil reprehensibile in actibus vestris appearat, & cum debitis circumstantis cuncta agantur. Optimam enim in rebus est ordo. Et peccatum non est nisi recessus ab ordine.

Cap. xv. Notum autem uobis facio fratres Euangelium. ARTICVLVS. xv.

E



Completo tractatu de sacramentis & gratiis, nunc agit de resurrectione mortuorum. De qua primo recte instruti fuerunt Corinthii ab ipso Apostolo, postmodum vero cum recessisset Apostolus, a peruerbis infecta est fides illorum de resurrectione futura. Itaque ait, Notum autem uobis facio fratres id est, ad memoriam renoco, clarissimum expono, Euangelium quod predicauimus uobis id est, bonam annunciationem de Christo, quod euangelium, accepisti adhibendo fidem euangelice predicationi, In qua & statim habendo intellectum certum ad deum in veritate euangelice legis, voluntatem quoque in ruina peccati eleuatam, Per quod & saluamini credendo testimonios euangelij, eiusque obediendo preceptis. Et hoc utique sic est, Quia ratione predicatorum uobis, fratres tui id est, si diligenter recolitis, Quia ratione hoc est, quo sine, quia spe, seu quo argumento, Predicauerim uobis euangelium Christi. Predicauimus enim uobis ad hunc finem, id est propter hanc spem, ut confequamini vitam aeternam. Argumentum quoque quo probauimus resurrectionem futuram, fuit resurrectione Christi. Hac autem retinetis, & per euangelium istud saluamini, Nisi id est si non frustra & inaniter.

Creditidisi, tradidi enim hoc est, predicauimus, Vobis in primis id est, inter praecipua puncta, que docui, predicauimus (inquam) testimonium fidei, Quod & accepi id est, per diuinam revelationem cognoui (non excoxitau). Quoniam Christus mortuus id est, occisus est pro peccatis nostris tollendus. Secundum scripturas Scriptum est enim in Threnis,

Tren. 6. Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis no-

IN EPIST. AD CORINTH. I. 147

tis nostris. Et in Esaiâ, Ipse autem vulneratus est propter iniurias nostras &c. Et quia sepultus est, & quia resurrexit ter A

tia die secundum scripturas De sepultura, quippe Esaiâ predictix, Et erit sepulchrum eius gloriosum. Item, Dabit impios

pro sepultura, & dantes pro morte sua. De resurrectione quoque ait Oseeas, Vinificabit nos post duos dies, in die tercia suæ fecerit nos. Et Sophonias, Expecta me dicit dominus, in

Soph. 3. die resurrectionis meæ in futurum. Et quia uisus est Cepheus id est, Petro. Quanvis locus huius apparitionis ignoretur, creditur tamen facta, quando Petrus a monumento recessit

in die resurrectionis, quando videlicet Maria Magdalena dixi se Christum vidisse. Et post haec uisus est undecim

Apostolis in conclavi Thoma praesente Deinde uisus est plus quam quingentis fratribus id est discipulis, Simil, ex quibus multi manent hoc est in corpore uiuant

Visque adhuc, quidam autem dormierunt somno beato mortis in domino. De hac visione nullus Euangelistarum scribit Deinde uisus est

secorum Iacobus minori fratri domini, primo Hierosolymorum episcopo. De hac apparitione non loquitur euangelium.

Deinde uisus est apostolis omnibus in die ascensionis. Nouissime autem omnium Prædictorum, videlicet post ascensionem & spiritus sancti missionem, Tanquam abortiu-

so, uisus est mihi proficienti Damascum. Abortiuum autem vocatur proles que extra debitum coniugium tempus nascitur, vel cum violentia de ventre educitur, vel ad debitum quantitatem non peruenit. Ideo propter tria com-

parat se Apostolus abortiuo. Primo, quoniam ille Apo-

stoli ante missionem paracleti sunt renati, ipse postea ab Anna. Secundo, quia cum quadam coactione conuersus est scilicet per errorem & minas. Tertio, quia alius Apo-

stolis minor fuit, consideratione vite præterita, quando persecutus est Christianos. Ideo subdit, Ego enim sum missio-

nimus Apostolorum. Non simpliciter, sed quantum ad ali-

iquid, ut postea quia ultime ad apostolatum vocatus est. Hoc modo Iacobus Alphæi frater domini, dictus est minor, re-

spectu Iacobi filii Zebedæi, non sanctitate aut dignitate, sed quia vocatio posterior. Iterum, minimus sum Apo-

stolorum, ratione præteriorum malorum. Qui non sum dis-

putus uocari Apostolus per respectum ad merita mea præce-

t iii dentia,

D dentia, Quoniam perfectus sum ecclesiam dei viros ac mulieres ad iudicium pertrahens, quod alii Apostoli nunquam fecerunt. **G**ratia autem dei gratum faciente, & gratia datur, non propriis viribus aut meritis, Sum id quod sum in esse supernaturali & spirituali, per gratiam enim gratum facientem habeo esse deiforme, & deo acceptum quod ultimum finem. Per gratiam vero gratia datum, sum Apostolus, propheta, doctoꝝ, interpres, signorum patrator, Et gratia eius in me vacua hoc est, instructioꝝ. Non fuit sed abundantius illis omnibus laboravi id est, cunctis Apostolis, feliciter quolibet eorum scorfum, non plus omnibus simul acceptis. Nullus enim Apostolorum tanta spacia percurrit, tot populus predicat, tot perfectiones legitur perulisse, vt Paulus, nec aliquis eorum sic propriis manibus vicium quæsivit, vt ipse. ¶ Sed ne ista videatur taentantur dixisse, subiect. Non autem ego sic laboravi propria potestate, vel tanquam principalis causa operum honorum,

**S**ed gratia dei mecum feliciter cooperata & auxiliata est mihi, fuitque principialis causa honorum, quam ego seu mea natura. Gratia enim se habet ad liberum arbitrium, vt seſſor ad equum. Sive enim ego, sive illi id est, tam ego quam & ceteri apostoli, Sic prædicauimus videlicet Christum resurrexisse, vel nos per eum gratiam operari et sic credidissent sicut euangelizauimus vobis. ¶ Præterea, ex resurrectione Christi capituli nostri ostendit Apostolus generalem resurrectionem futuram. Si autem id est, quia Christus prædicatur à veris Apostolis, Quid resurrexit à mortuis, quomodo quidam heretici dicunt in nobis id est, inter vos:

Quoniam resurrexio mortuorum corporalis & vniuersalis,

Non est credendo videlicet futura. Si autem resurrexio mortuorum non est futura, sequitur quod. Neque Christus resurrexit Eadem quippe ratio est de capite, & de membris.

Si autem Christus non resurrexit, veraciter, sed phantasticæ, sicut dixerunt heretici feliciter Marciani & Marcionites, qui Christi incarnationem dixerunt fuisse phantasticam, quos sequutus est immundissimus Manichæus, Inanis est ergo, id est, instructioꝝ, vana & falsa est, Prædictio noſtra quæ assertit Christum resurrexisse, Simili ratione,

Inanis est & fides uestra catholica inuenimus autem id est,

id est, si ita est, vt dicunt heretici, nos Apostoli esse probamus, Et sumus falsi testes dei hoc est, mendaciter stantes deo. Quoniam testimonium diximus aduersus deum, id est, contra veritatem, & voluntatem, dei, videlicet. Quid suscitauerit Christum à morte? Quem non suscitavit, id est, quem sequitur non est suscitatum à deo, Si mortui non resurgent. Nam si mortui non resurgent, neque Christus resurrexit qui abo incarnatus & paſſus est, ideoquod surrexit, vt nos ad immortalē vitam deduceret. Quid si Christus non resurrexit, uana est fides uestra quia non potest vos ad ultimam finem, seu veram felicitatem perducere. Adhuc enim scilicet post baptiſmū, ac fides receptionem, Ecce in peccatis uestris præteritis, sicut & ante, secundum eos qui Christi resurrectionem non proficiunt. Fides etenim vana, & baptiſmus falsum repræsentans, non tollunt peccata. Baptiſmus autem Christi sepulturam, ac resurrectionem repræsentat, vt dictum est ad Romanos. Si ergo Christus non resurrexit, fides uestra inanis est, & baptiſmus falsa significat, non ergo tolluntur uestra peccata per fidem atque baptiſmū.

Ergo & qui dormiunt in Christo id est, in fide Christi defuncti sunt. Perierunt id est, damnati sunt, eo quod in fide inani & primitivi vitis sunt defuncti. ¶ Deinde ponit aliam rationem resurrectionis futurae. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus id est, si fulsum confidimus per Christum consequi bona in hac vita praesenti, & non potius vitam æternam in anima & corpore. Misérabiliores, id est, infelices, sumus omnibus hominibus (non Christianis) qui in hac vita praesenti suis frumentis delitiosi. Nos vero nec in praesenti, nec in futuro gaudebimus, imo tanto misérabiliores essemus, quanto grauiora & plura propter fidem & Christum sustinueremus. Nunc autem id est, ne prædicta inconvenientia concedantur, veritas ita se habet, videlicet quod Christus resurrexit à mortuis qui est, Primitus id est, primitius vel primus, Dormientes hoc est, mortuorum. Qui dormientes dicuntur, quoniam Christo iubente faciliter & integrè quasi de somno reducentur ad vitam. Horum dicitur Christus primitus, quoniam primus tēpore, & propria virtute surrexit it, loquendo de dormientibus in fine seculi suscitatid. Aliqui tamē pauci ante Matth. 9. Luce. 7. Christum Ioan. 11.

A  
Matth. 22.  
Marci. 12.

B

Roma. 6.

EPIST.

C

Matth. 9.

Luce. 7.

iiiij Christum Ioan. 11.

D Christum surrexerunt, quorum ipse fuit tres suscitavit. Vnde de Christo legitur in Apocalypsi, Qui est tuus fidelis, primo genitus mortuorum. Quandoquidem per hominem, scilicet Adam primum nostrum parentem, Mors natura & culpa ingressa est genus humani, propter originale peccatum illius,

*Apocal. 1.* Et per hominem id est, Christum, hoc est, merito passionis eius erit, Resurrexio mortuorum qui immutabuntur. Poterit enim Christus ad reparandum, qd Adam ad destruendum. Et sicut in Adam id est, in prævaricatione Adæ, Omnes moriuntur incurriendo originale peccatum, & moriendo necessitatem, eo peccatum illius traducatur in posteros. *Gen. 3.* Et in Christo id est, in virtute & merito Christi, Omnes iustificabuntur in resurrectione futura, & vitam gloriae consequentur omnes electi, imo merito Christi omnino in se sufficiens est, ut omnes similescere per ipsum beatam resurrectionem fortiaiantur. *Sapien. 11.* Porro, quod impii resurgent, non erit merito Christi, sed diuina ius virtute. Apostolus autem nunc loquitur de omnibus electis, qui merito Christi beatam immortalitatem adipiscerentur, de quibus & Christus dixit, Omnia traham ad meipsum. Daniel propheta quoque, Omnes (inquit) populi, tribus & linguis seruient ei. *Ioan. 12.* Vnusquisque autem in suo ordine id est, in suo gradu & dignitate secundum exigentiam mortuorum suorum resurgent, ut Apostolus in ordine Apostolorum, martyrum in ordine martyrum. *Deinde* exponit hunc ordinem.

*Deinde* id est, omnium resurgentium in finali iudicio primus tempore, & summus dignitatem est Christus, qui prior surrexit, ut fide & spem faceret, formamq; præberet credentibus. In fine seculi suscitabuntur, Hi qui sunt Christi, hoc est, fideles, electi, ut pote Qui in adventu eius crediderunt id est, in Christum venturum ad faciendam universalē remunerationem. Igitur resurgent Christi posteriores tēpore, & inferiores dignitate. Resurgent etiā ante eos qui non sunt Christi, id est, ante infideles & reprobos, non ordine tēporis, sed dignitatis. Resurrexio enim erit in momento. *Deinde* id est, resurrectione cōpleta, erit Finis huius mundi, quia tunc species generaliū esse cessabunt, & status mundi mutabitur. Erit quoque tunc finis, id est, consummatio seu plena perfectio electorū, qui tunc in anima & corpore glorificabuntur, Cū Christus homo tradiderit, hoc est, obtulerit, seu presentaverit,

Regnum,

*Iohann. 12.**Dan. 7.**Apocal. 10.*

*Regnum*, militantis ecclesie, id est, electos, fidèles, in quibus Christus interim regnat per fidem, regens eos per gratiam. Hoc regnum offeret & præsentabit Salvator, Deo & patri, id est, patri aeterno, tanquam elegantisimam prædā de antiqui hostis manu excusam, atque de vineulis mortis aeternae suo preciosissimum sanguine liberat. Dicitur autem Christus hoc regnum patri sic præsentare, quia adducit electos ad summū colli palatum, in quo habitat deus pater: ponetq; eos illi in conspectu patris, nōr pater incipiat eos inspicere, sed ut ipsi eum per speciem contéplari incipiant. Luxta quē modū ait Psal. Quando *Psal. 41.* veniā & apparebo ante conspectū dei: Vel sic, Cum Christus *Psal. 22.* tradiderit, id est, dederit regnum prædictum patri, videlicet ut pater in electis regnet, eosq; regat gubernatione cōpleta, puta per gloriōsam fruitionem, & confirmationem eorum in bono, B quos modo regat gubernatione in cōpleta per gratiam via amissibilem, quia tamen imperficiō est ex parte nostri, qui faciē peccamus, non recte tendentes ad ultimū finem. Viatores enim regūtur à deo per hoc quod dirigantur in ultimū finem, sed haec gubernatio non excludit omne malū. Comprehensores vero reguntur à deo per hoc, quod in ipsi ultimo fine immobiliter conseruantur. Ut ergo pater hoc modo regnet in ipsis fidelibus, Christus dat eos patri. *¶* Denique dat eos patri, non quasi nō sibi patris, imo à patre dati sibi Christo, iuxta illud in Psalmo, Postula à me, & dabo tibi gentes. Et alibi ipse *Psal. 2.* Christus, Omne (inquit) quod dat mihi pater, ad me veniet. *Ioan. 6.* Alibi quoque apertius loquitur patri, Tui (inquiens) erant, & tu *Ioan. 17.* mihi eos dedisti. Quid modo ergo dat Christus eos patri, nisi secundum manifestationem? Nunc enim ignoratur, qui amore sunt digni: sed tunc Christus manifestabit qui ad patrem pertinent, dicentes electi, Venite benedicti patris mei. Hoc modo *Matth. 25.* & nos damus aliqua deo, prout David testatur, Tua domine *1. Para. 29.* sum omnia, & qua de manu tua accepimus, dedimus tibi. Per hoc autem, quod Christus dicitur tradere regnum deo patri, non est intelligendū quod tollat, vel adimit illud sibi, aut sancto spiritu. Vna nāq; diuina persona expressa, singula dantur intelligi, vbi non obviat relativa distinctio. Itaq; finis erit, Cum evanescuerit id est, cessare fecerit Christus, Omne principatum, & potestatum & virtutem, hoc est, viuieros gradus prælationum, angelorum, dæmonum & hominum, quia *Cvlt dicit*

Thomas.

D (ut dicit glossa) quādū durat hic mīdus, angelī angelis dæmones dæmonib; & homines hominib; p̄ficiunt, ad utilitatem, vel deceptiōne viuentū: sed omnib; collectis, iam omnis cœfabit prelatio, quoniam vtrā non erit necessaria. Ideo hanc prelatiōne dicitur Christus evanescere, quia omnes suos exaltabit in regno, tanto vnuquemq; sublimius, quanto iam amplius humiliatur. Vel, Cum evanescerit omnem principatum, hoc est manifestauerit nullam creaturā habuissi, aliquid horum nisi a deo. ¶ Sed cum ordo angelorū in prelatiōne conficit, & inter carceris ordines hi tres cōputentur, videlicet principatus, potestates, virtutes, quæc potest, quomodo angelorum evanescunt prelati, principatus, potestas, & virtus. Et respondendum secundum Thoman in prima parte, quod in ordinibus angelorū duo pensantur, videlicet, distinctione seu gradus perfectionum secundum differentiam naturae & gratiarū, & quantum ad hoc ordines angelorum nunquam cessabunt, quia natura eorum non corrumpetur, nec gratia auferetur. Secundo, consideratur in ordinibus angelorum exercitio officiorū. Hic autē exequitio post diē iudicii cessabit, secundū quod ordinatur ad reductionem hominum ad suum principium creatūrum. Manebit vero prout conficit in coniunctione ultimi finis seu adoptione beatifica fructus, nam actiones hierarchiæ manebunt post diem iudicii in beatis, non propter nouam influentiam, sed propter conseruationem, perficiens influxus. Sicut enim inferiores angelii a superioribus illuminantur, sic inferiorum cognitione talis a superiorum illuminatione dependet, non solum quantum ad receptionem, sed etiam quantum ad conseruationem. Homines quoque qui angelorum ministerio ad beatitudinem perducuntur, aliquam illuminationem habebunt per angelorum officia. Hec est responsio sancti Thome, que licet probabilis sit, authoritatem tamen non habet secundum aliquos, saltem in multis. ¶ Porro de dæmonibus aliqui dicunt, quod post diem iudicii non cruciabunt homines, sed omnes simul tam dæmones quam homines reprobū, vno igne, non tamen aqualiter punientur. Quanvis autem communiter dicant expostores aliqui, per principatus designari maiores per potestates vero medios, & per virtutes inferiores, tam in angelis quam hominibus, & suo modo in dæmonibus, ita quod Apostolus enumerando

incipit

incipit à superioribus: documentis tamen diuini & magni A Dionysij potius confonare videtur, ut dicamus opposito modo, ita quod enumeratio Apostoli incepit ab inferiori videlicet a principiatis, per quos intelliguntur inferiores: per potestates, medij, per virtutes aut, superiores. Dionysius enim in lib. de principatu angelico, ponit virtutes ante potestates & principatus. Nā principat⁹ ponit in sūmo ordine infime hierarchie, potestates vero in infimo ordine secundā hierarchię: virtutes aut in medio ordine huius hierarchie. Oportet autē vt implanteat scripture, illūm videlicet Christum Regnare iam per fidem in ecclesia militante, iuxta illud, Daniel. Luce. 1. ibit illi dominus deus fedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternū. Donec ponat ipse Christus diuinā sua virtute Omnes inimicos id est, aduersarios suos, in credulos & peruersos. Sub pedibus eius id est, sub sua potestatis plenaria subiecione, quod erit in die iudicii, quando implebitur illud propheticum, Ad cum veniam & confundentur omnes qui repugnant ei. Interim ergo durabit statua ecclæsia, & regnum Christi in ea. Hac dictio, Donec, sumitur hic inclusive non exclusive. Non enim Christus regnare cessabit, cum fuerint sibi omnes subiecisi si interim regnat, certus est quod postmodum regnabit. Simili modo sumitur in Psalmo, cum dicitur, Deus ne derelinquis me, donec annuntiem brachium tuum. Nouissime autem quando videlicet in die nostrissimum mortale hoc induerit immortalitatē, Inimica destruetur mors id est, mors quam naturaliter abhorremus, & qua nostra vita aduersatur. C Quod autem Christus ponet in inimicos omnes sub pedibus, hinc constat, Omnia enim celestia, terrena, & infernalia. Subiecti pater Sub pedibus eius scilicet Christi. Vnde ipse ait, Data est mihi omnia potestas in celo & in terra. Cum autem dicat scripture Omnia subiecta sunt ei scilicet Christo a patre, intelligendum est hoc. Sine dubio præter eum id est, præter patrem, Qui subiecti ei omnia scilicet Christo. Cum autem subiecti fuerint illi id est, Christo, Omnia quando videlicet omnes aduersari eius fuerint ei plene subiecti, & cunctis fidelibus & infidelibus manifestatum fuerit Christū dominum esse vniuerorum, quando peruersi per experientiā sue damnationis scient Christum esse dominum

Esaie. 43.

Psal. 70.

Psal. 8.

Hebre. 2.

Matth. 28

Psal. 81.

Deute. 10.

Cap.15. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D dominum omnium, Tunc ipse filius subiectus erit ei, id est, patr. Qui sibi id est, filio, Subiectus omnia creat. Erit autem Christus secundum formam serui patri subiectus non quod modo non sit subiectus, sed quia tunc cum corpore suo mystico manifestabitur, subditus patri coram vniuersis electis, Ut sit deus pater, vel Christus secundum diuinam naturam, Omnia causat salter, obiectus seu fructus, In omnibus comprehenditoribus. Quicquid enim amari possit vel appeti, habent in deo, & deus est causa totius beatitudinis electorum, qui nihil querunt aut diligunt nisi deum, & alia in deo propter deum, & secundum deum. Deus quippe est unum illud, quod solum necessarium est, in quo est omnium bonorum ac pulchrorum ac desiderabilium plenitudo immensa, qui solus quietat rationalis creatura affectum. ¶ Præterea, credit Apostolus ad probandum generaler resurrectionem futuram. Alioquin, id est, si mortui non resurgent, Quid facient qui baptizantur hoc est, lachrymis penitentia seu aquis afflictionum profunduntur,

Pro mortuis, id est, pro remissione peccatorum mortuis impendenda, Si omnino mortui non resurgent? Quasi dicat, inanimis esset labor eorum, siue haberet de Iuda. Quod nisi eos qui occiderant resurrectores speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis. ¶ Sed posset quis instare & dicere, quod licet corpora resuscitanda non essent, anima tamen premio donarentur, sicut & nunc ante resurrectionem. Pium ergo & vtile esset pro defunctis, hoc modo baptizari ac deprecari, propter animas liberandas de peccatis, quanvis corpora nunquam resurgent. Et res, ostendendum quod tunc non esset tam vtile sicut modo.

Vt quid baptizantur vivi, iuxta sensum predictum Pro illis defunctis? Est ergo baptismus afflictionis, de qua in Evangelio dicit Saluator, Ego baptismi habeo baptizari. Vel sic, Quid facient qui baptizantur, pro mortuis? id est, pro peccatis suis delondis, vel scilicet spiritualiter mortificandis, ad similitudinem mortis domini Saluatoris? Quasi dicat, Inaniter baptizante cum non sint vitam habituri. Vt quid id est, quo fructu, Et nos Apostoli, predicatores & martyres Christi periclitamus, id est, pericula patimur, imo & mortificamus, vel ad supplicia dicimus, Omnes horum id est, affidisse? Quotidie enim morior, id est, graibus tribulationibus afficio, & hoc verum esse iuro, Per gloriam uestram fratres, id est,

Luce.10.  
Rom.45.

2. Mac.12

Luce.12.

Roma.8.

IN EPIST. AD CORINTH. I. 151

id est, per beatitudinem vobis paratam in celo. Vel, propter gloriam vestram, id est, ad hoc ut vos gloriam mereamini semper eternam. Quam habeo per certissimam expectationem, & propinquam potentiam, in Christo Iesu domino nostro, id est, virtute & gratia, ac merito Christi, vel per contemplationem ipsius;

Prosequutio huius cap. ab eo loco, Si secundum hominem ad bestias pugnauit Ephesi, ARTICVLVS XVI.

**R**VVS ostendit Apostolus resurrectionem fratrum, quoniam aliis infraeoulo fuisset dispensatio sua contra infideles. Ait enim, Si secundum hominem, id est, secundum rationis processum, Ad bestias, id est, contra homines bestiales, resurrectionem negates, Pugnauit id est, acriter disputauit, Ephesi, id est, in ciuitate Ephesina, (Sumitur autem, si pro quia) Quid mihi prodest? disputatio illa, Si mortui non resurgent? Ino si mortui non resurgent, Manducemus & bibemus, id est, gaudemus & voluntatibus inuestamus, Cras enim hoc est, in breui, Moremur & nulla erit retributio alia. Hoc de Elia sumptu est, quod illic dicitur in persona desperantium Iudeorum, & contentus in his qui non putant vitam post hanc vitam, propter quod voluntatibus se exponunt ut pecora. In quorum persona dicit Sapiens, Vimbra transitus est tempus nostrum, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis que sunt. Sed ne talibus credamus monet Apostolus, Nolite seduci, id est, non permittatis vos ab aliquo decipi. Corrupunt enim mores bonos hoc est, actus nrales seu habitus virtutiosos, Colloquia mala maxime harcerorum atque carnalium. Euigilate iusti, à somno pigritiæ, & estote solliciti, Et nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam Ephesi, habet, hoc est, diuina scientia, pura noritia fidei diuinitus revelata aliqui carent. Illi scilicet qui negant resurrectionem futuram. Ad reverentiam id est, verecundiæ, Vobis loquitur ut erubescatis de hoc quod inter vos est error de resurrectione mortuorum. Nam & error atque defectus inferiorum redundat, & cedit in confusionem superiorum. Vnde verecundus est iustus & doctis, præserit prælatis, quod inferiori errores & vitia

Esa.22.

Sapien. 2.

C

Ephesi. 5.

Cap. 16. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

**D** & vita non extirpant. ¶ Deinde ostenditur resurrectio mortuorum possibilis per exempla natura, ponitque verba per fidorum, subiungens. Sed dicit infideliter interrogando, Aliquis ignoras deum. Quonodo id est, quod ordinis, qua virtute, quo modo & specie, Resurgent mortui, qualiter autem corpore uenient? id est, si resurgent, quale corpus habebunt, rediendo ad vitam corporalem, scilicet mortale an immortale? Huic respondet Apostolus, Inspiens qui diuinam virtutem & opera naturae non penitus. Tunc quod seminas, non auuisatur id est, granum quod mittis in terram non vegetare seu crescere. Nisi prius morietur, id est, resoluatur & putrefiat. Vnde afferit Christus, 10am. 11. Iustum granum frumenti cadere in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et quod seminas, non corpus quod futurum est id est, quod exurget de terra. Seminas, id est, non herbam, stipitam, paleam, vel tam multiplex granum, sicut de terra nascetur. Sed seminas Nudum, id est, purum ac solium. Granum reputa tritici. Aut aliquo ceterorum seminum. Deus autem dat per influentiam caularium secundarium, illi grande seminato, seu nascituro. Corpus cum aristis & palea. Sicut uult id est, liberè instituit. Opus enim naturæ ac intelligentiæ est opus causa primæ. Et unicuique seminum dat deus. Proprium corpus hoc est, corpus suæ speciei conueniens. Quemadmodum ergo nudum granum feminatur, deinde nitu vestitum ac multiplicatum resurgit. sic mortuus diuina virtute poterit vivere, atque in corpore meliorato resurgere. ¶ Deinde Apostolus manifestat differentiam corporum resurrecti, quantum ad dignitatem & gloriam, secundum exigentiam meritorum. Non omnis caro eadem caro, id est, non omnia animalia habent corpus eiusdem rationis, dignitatis, ac dispositionis, sed iuxta diuersitatim formari subtilitatem requiritur diuersitas materialium: forma namque est finis materie, sed iuxta diuersitatem finium, diuersificatur & media. Ideo subditur, Sed alia id est, alterius dispositionis est, Caro hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem pescium. Sumitur vero caro hoc loco cōmūniter, pro corpore animato, sensituō. Strictius vero eam sumēdo dicuntur Carthusiani. (quorum & ego vnu sum, utinam digne) non comedere carnes. Et quadam sunt Corpora celestia, vt orbes ac sydera, Et sunt Corpora terrena, vt saxa & arbores. ¶ Subditur autem de differentia corporum

IN EPIST. AD CORINTH. I. 152

porum postquam dictum est de differentia carnium, quoniam corpus communis est quam caro. Sed alia quidem est,

Celestium corporum Gloria, id est, perfectio, ornatus seu pulchritudo. Alia autem terrestrium. Nec solum haec corpora inter se distant, sed corpora quoque celestia inter se differunt, nam Alia scilicet maior. Est claritas solis, alia claritas lune, videlicet minor quam illa. Et alia claritas stellarum. Hoc videmus ad oculum. Stellarum enim alia differunt in claritate quoniam major est lux vnu quam alterius. Sic et resurrectio mortuorum distincta erit, quantum ad gloriam corporum sustinendorum, non quantum ad veritatem naturæ eorum. Omnia enim erunt eiusdem nature seu speciei, sicut & modo, sed dignitas, præmiorum erit diversa. ¶ Porro exemplum Apostoli magis consonat opinioni dicentium materiam primam in omnibus corporibus esse eiusdem rationis, quam corum qui ponunt eam distinguendā specificē. ¶ Deinde ponuntur doctes corpori glorificandorum. Seminatur in corruptione, id est, corpus humanum concipiunt generatur, & more seminis sub terra humatur corruptibile seu corruptū. Surget in incorruptionē, id est, in resurrectione erit incorruptibile per dotem impassibilitatis. Simili modo iam. Seminatur in ignorantia, id est, vte acque obscurum. Surget in gloria, id est, resurgentio recipiet claritatem, vt sit gloriosum ac nobile. Seminatur in infirmitate, id est, fragilitate & infirmitatem ad motum habens, corporum enim quod corruptibile aggrauat animam, Surget in uirtute, id est, surgendo habebit facilissimam mobilitatem iuxta animę voluntatem, per dotem agilitatis. Seminatur corpus animalis, id est, grossum & alimonis indigens, atque corporibus aliorum animalium simile. Surget spirituale corpus, id est, subtile ac spirituī simile, quantum ad aliquas proprietates, non tamen ita subtile ut exeat limites sue naturæ. Erit enim palpabile atq; visibile carnem habēs & offa, sicut & Luce. 24. Christus in seme timo ostendit scribitur. Haec ergo sunt quatuor doctes corporū beatorum, que erunt in corporibus quoddammodo ex redundantia beatitudinis anima ad corpus, sicut in epistola ad Diöscorū tangit Augustinus. Ex hoc enim quod anima fructu deo vnitur, quatuor bona consequitur, videlicet interna lucis splendida fulsam claritatem, & ex hoc redundant in corpus claritas copiosa, tanto abundantior, quanto maior est

Sapient. 9.

C

Luce. 24.

Augustin.

Cap.16. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

**Matth.13.** est gloria animæ. Fulgebunt enim iusti sicut sol. Secundo, con-  
D sequitur anima omnium desideriorum suorum plena quietationem. Ex quo redundant in corpus agilitas, seu mobilitas velocitas. Nam enim corpus infirmum est, quoniam desiderio anima satisfacere nequit in executione motus & operationis, tunc vero mouebitur iuxta desiderium ac imperium animæ, non tam in instanti, Propterea scriptum est, Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Tertio, conse-  
**Sapien.3.** quitur anima omnis mali remotionem, & ex hoc redundant in corpus impassibilitas. Quarto consequitur anima maximam deiformitatem. Luxa illud Iohannis, Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti es. Et ex hoc redundant in corpus spi-  
ritualitas seu subtilitas. ¶ Denique sicut maior erit beatitudo E animalium, quam est naturalis felicitas angelorum, sicut erit maior perfectio corporum glorificatorum, quam sit perfectio coelestium corporum: ita quod claritas, agilitas, impassibili-  
tas, atq; subtilitas maior, seu dignior futura erit in illis, quam in celestib⁹ corporibus. In praetenti quoq; vita habet corpus ab anima quatuor proportionabiliter ad prædicta, videlicet existentiam, pulchritudinem, conseruationem, & motum.  
¶ Quid autem corpus resurget spirituale, probat Apostolus, Si est id est, quia iam est Corpus animalē secundum sensum prædictum. Est hoc est, aliquando erit in nobis, & iam in ali-  
quibus est. Et corpus spirituale secundum intellectum ex-  
presum corpus enim dicitur animal, ad differentiam corporis spiritualis. ¶ Quid vero sit corpus animale, probat autho-  
ritate scriptura. Sicut scriptum est in Genesi, Factus est pri-  
**Gen.2.** F mns homo scilicet Adam, in animam viventem, hoc est, in sui formatione adeptus est animam dantem corpori vitam ani-  
malem, sustentatione ciborum indigentem, propter quam vi-  
tam corpus vocatum est animal. Nonissimus Adam, id est, Christus factus est, in spiritum uiuificantem, id est, in sua re-  
surrectione recepit spiritu rationalem, seu animalem dantem corpori suo vitam spiritualem, cibis & potibus non indigentem, sed insolubilem atque perpetuam. Christus enim posuit animam suam, & item sumpsit eam, sed non talem refum-  
psit, quem posuit. Posuit namque passibilem, impassibilem vero recepit. Dicitur autem Christus Adam. Primo, quoniam ex eadem materia habuit corpus. Secundo, quoniam sicut ex

Adam

IN EPIST. AD CORINTH. I. 153

Adam omnes nascuntur, si ex Christo renascuntur. Tertio, A nam sicut de latere Adæ formata est Eva, ita ex latere Christi formata est ecclesia. Dicitur quoque nouissimus Adam, quoniam nemo ei succedit, qui sit caput & author fidelium. Sed non prius quod spirituale, hoc est, nec Christus habuit, nec alij habent primo corpus spirituale, secundum proprietate ut dictū est, Sed quod animalē, id est, primo oportet habere corpus ani male, Deinde habetur corpus, quod spirituale est. Christus equidem ante passionem habuit corpus animale, id est, cibo vvens ac dissolubile. Post resurrectionem vero habuit corpus spirituale. Ita erit & nobisiam enim habemus corpora anima lia. Post resurrectionem vero habebimus corpus spirituale. ¶ Scinduntur, quod duplex est ordo, videlicet generationis & nature. Secundum ordinem generations imperfectum prece-  
dit perfectum, ut pueritia inuentum. Et hoc modo animale precedit spirituale. Secundum ordinem vero naturæ, perfe-  
ctum precedit imperfectum. Imperfetta enim à perfectis pro-  
cedunt. ¶ Deinde ostendit Apostolus unde sumus animalē, &  
vnde erimus spirituales. **Gene.1.** Primum homo, scilicet Adam, mate-  
rialiter habens originem, **De terra** quia de limo terre for-  
matus fuit, **Terrene**, id est, naturaliter animalis atque pa-  
ssibilis. Maximè tamen terrenus effectus est, transgrexendo di-  
uinum præceptum: **Secundus homo**, hoc est Christus. Qui di-  
citur secundus homo, quoniam inter eum & Adam nullus est **Gene.3.**  
medius, qui sit caput & principium hominum sicut ipse. **Hic Luce.1.**  
ergo descendens, **De celo** & oriens ex alto est. **Caelus**.  
Primo, quia de celis descendit, non diluitatem amitterendo, C vel locum mutando, aut corpus de celo secum portando, sed corpus humanum assumendo, atque in mundo visibiliter ap-  
parendit. Propterea quod ipse ait, Nemo ascendit in celum, nisi **Ioen.3.**  
qui descendit de celo. Et alibi, Exiui à patre, & veni in mun-  
dum. Secundo, quia coelesti virtute conceperat ac natu. **Tertio, Luce.1.**  
quia cæliformiter (id est, absque macula) in terra conuersa-  
tus. **Qualis terrenus**, id est, qualis fuit Adam, **Talis & terreni**,  
hoc est, tales modo nos sumus, quia animales, mortales & fra-  
giles, immo originali peccato infecti. **Et qualis coelestis**, id est,  
qualis in resurrectione factus est Christus, videlicet corpus gloriificatum fortius, **Talis & coelestis**, id est, tales erunt ele-  
ph.3. & in resurrectione futura, quando reformatum corpus humi-  
litatis.

v  
lilitatis.

Cap. i. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Dicitur nostræ configuratum corpori claritatem suæ, ut Ergo coelestes effici valcamus, studendum est nobis, ut Sicut portas, uimus imaginem terreni, id est, sicut assimilati sumus primo parenti, sequenda eius vestigia, inobediendo, & originales peccatum ab ipso contrahendo, *Sic portemus & imaginem celestis,* hoc est, Christo nos conformemus per charitatem, obedientiam, humilitatem, & omnium tribulationum patientissimam sustentiam. Non enim aliter possumus fieri coelestes siue felices. Ideo subditur, *Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis,* id est, homines carnales affectibus vitiis subiecti, seu opera carnis, *Regnum dei possidere non possunt.* In celo enim non nubent, neque nubentur. *Necque corruptio incorruptelam possit debit,* hoc est, qui seruit corruptioni peccati, non fortietur beatam immortalitatem. Peccatum enim nientem insicit, corruptit, & in nihilum redigit. Virtus vero consolidat animum, & stabilit eum in deo, idcirco impossibilitatem, que est perfecta incorruptela, meretur & possidebit. Vnde scriptum est, *Incorruptio facit eum proximum deo.* ¶ Insuper manifestat Apostolus resurgendam modum ac ordinem. *Ecce Cum dicitur, Ecce, iniquitatem notabile quod dicitur Mysterium,* id est occultum aliquid de materia future resurrectionis, *Vobis dico videlicet, Omnes quidem generaliter, Resurgentem boni & mali in fine seculi, qui interim non surrexerint resurrectione consummata, quomodo certum est resurrexisse virginem gloriosam.* Nam & viui qui tunc inuenti fuerint, in igne conflagrationis morientur, vt solvant debitu carnis, protinusq; cum aliis surgent. Resurrexit namque non conuenit, nisi ei quod cecidit, *Sed non omnes immutabimur,* hoc est, non omnes in melius reformabimur, quoniam soli electi glorificabuntur, reprobati vero resurgent in peius, habebant enim corpora ipso aspectu horribilissima, scilicet obscura, grauissima, grofa, & passibilia. Resurgentem autem *In momento, in illo culi,* id est, in brevissimo tempore spacio, hoc est, quam cito oculus aperitur, aut clauditur. Divina enim virtus immensa est. Non tamen fieri repente, quia collectio cinerum fieri ab angelo, non sine motu locali. Surgens quoque, *In nouissima tuba.* Hac tuba tripliciter intelligi potest. Primo per tubam intelligitur imperium dei, cuius natus resurrexit fieri. Vnde ad Thessalonicenses ab ipso inducitur, *Quoniam ipse dominus in iussu &*

Matt. 22.

*E* pit., & in nihilum redigit. Virtus vero consolidat animum, & stabilit eum in deo, idcirco impossibilitatem, que est perfecta incorruptela, meretur & possidebit. Vnde scriptum est, *Incorruptio facit eum proximum deo.* ¶ Insuper manifestat Apostolus resurgendam modum ac ordinem. *Ecce Cum dicitur, Ecce, iniquitatem notabile quod dicitur Mysterium,* id est occultum aliquid de materia future resurrectionis, *Vobis dico videlicet, Omnes quidem generaliter, Resurgentem boni & mali in fine seculi, qui interim non surrexerint resurrectione consummata, quomodo certum est resurrexisse virginem gloriosam.* Nam & viui qui tunc inuenti fuerint, in igne conflagrationis morientur, vt solvant debitu carnis, protinusq; cum aliis surgent. Resurrexit namque non conuenit, nisi ei quod cecidit, *Sed non omnes immutabimur,* hoc est, non omnes in melius reformabimur, quoniam soli electi glorificabuntur, reprobati vero resurgent in peius, habebant enim corpora ipso aspectu horribilissima, scilicet obscura, grauissima, grofa, & passibilia. Resurgentem autem *In momento, in illo culi,* id est, in brevissimo tempore spacio, hoc est, quam cito oculus aperitur, aut clauditur. Divina enim virtus immensa est. Non tamen fieri repente, quia collectio cinerum fieri ab angelo, non sine motu locali. Surgens quoque, *In nouissima tuba.* Hac tuba tripliciter intelligi potest. Primo per tubam intelligitur imperium dei, cuius natus resurrexit fieri. Vnde ad Thessalonicenses ab ipso inducitur, *Quoniam ipse dominus in iussu &*

Mal. 3.

*F* luctuosa corpus resurgent, prout apertissime ait beatus Iob, *Scio quod redemptor meus vivit, & in nonissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pella mea, &c.* Tunc fiet id est, implebitur Sermo propheticus, *Qui scriptus est C in Osea, secundum translationem septuaginta interpretum,* *Osee. 13. Absorta id est, victa Esi mors, siue diabolus in vitoria, id est, per vitoriam passionem resurrectionem Christi, qui mortem nostram moriendo destruxit, sicut & per Osean loquitur, *Ero mors tua ô mors, &c.* Quod etiam iam allegatum est ibidem, secundum translationem septuaginta interpretum. Absolutus enim à nobis mortem culpa atque gelosia, & in fine seculi trahet immortalitatem cōpletam. ¶ Praeterea apostolus de beneficio tanto exultans, & in persona feliciter resurgentium loquens ex propheta codem, adiecit. *Vbi est ô mors vitoria tua?* quia omnes occidisti: sicut scriptum est, *Quis est homo qui vivet & non videbit mortem?* *Vbi est mors simulus tuus?* id est,*

1. Thes. 4.

in voce

IN EPIST. AD CORINTH. I. 154

in voce archangeli, & in tuba dei descendet de celo. Secundo, A per tuba intelligitur vox Christi, qui ait, *Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei.* Tertio, per tubam accipi potest ad literam vox alicuius archangeli, cui comissa fuerit talis prolatio, *Vnde in Evangelio dicitur, Mattheus 25.* dia nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obiam ei. *Canet enim tuba qualibet iam praefata, id est, terribiliter imperabit resurrectionem mortuorum.* Et, vt dicit Hieronymus, *sic sic canet, quod totus mundus tintinet.* *Et mortui resurgent incorrupti,* id est, cū corpore integro. *Quia diuina virtus superbit, quod aliquibus defuit, vt claudis, montris & pueris.* Omnes etiam surgent in perfecta etate & convenienti quantitate. Et non electi immutabimur, id est, immortalitatis gloriam consequemur. *Oportet enim quatenus diuina impletur promissio:* & inulta fiat remuneratio. Mortale hoc corpus indure immortalitatem, id est, perpetuam subsistentiam. Et oportet corruptibile hoc corpus indure incorruptionem, id est, indissolubilitatem, vt resoluere non possit. Hoc proprie refertur ad corpora electorum, quāuis & corpora reproborum futura sint immortalia & incorruptibilia, sed immortalitas illa erit tantum misericordia plena, vt potius esse videatur mors continua, quam immortalitas vera. *Cum autem mortale hoc corpus induerit immortalitatem,* scilicet in die nouissimo, quando idem numero corpus resurgent, prout apertissime ait beatus Iob, *Scio quod redemptor meus vivit, & in nonissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pella mea, &c.* Tunc fiet id est, implebitur Sermo propheticus, *Qui scriptus est C in Osea, secundum translationem septuaginta interpretum,* *Osee. 13.*

*Absorta id est, victa Esi mors, siue diabolus in vitoria, id est, per vitoriam passionem resurrectionem Christi, qui mortem nostram moriendo destruxit, sicut & per Osean loquitur, *Ero mors tua ô mors, &c.* Quod etiam iam allegatum est ibidem, secundum translationem septuaginta interpretum. Absolutus enim à nobis mortem culpa atque gelosia, & in fine seculi trahet immortalitatem cōpletam. ¶ Praeterea apostolus de beneficio tanto exultans, & in persona feliciter resurgentium loquens ex propheta codem, adiecit. *Vbi est ô mors vitoria tua?* quia omnes occidisti: sicut scriptum est, *Quis est homo qui vivet & non videbit mortem?* *Vbi est mors simulus tuus?* id est,*

v 1) peccatum

Psalm. 88.

Cap. 16. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D peccatum quod morte induxit, sicuti stimulus læsionē infigit Ideo subditur, *Stimulus autem mortis,* id est, mortem inducens

*Peccatum est* actuale vel originale. Mors enim est peccati, quasi dicat, *Ista vīctōria mortis,* ac stimulus eius ab ele-  
*psia. 25.* cī ablatā fuit. Vnde in Esaiā legitur, *Principitabit dominus mortē in sempiternū,* & opprobrium populi sui auferet. Item

*Psal. 113.* *Psal. Laqueus contritus est,* & nos liberati sumus. ¶ *Ne au-*

*tem putetur culpa per legem deleta, subiungit.* *Virtus nero* id est, incipientium seu augmentum. *Peccati est Lex Moi,* non

*directe,* sed ex occasione, & humana peruersitate, que nititur

(testante poēta) in veritate semper, cupitq; negatum. De hos

autem in epistola ad Rom, plenissime dictum est. *Deo autem gratias qui dedit nobis vīctoriam* iam in spe, & partim in re, post-

*E* ea autem dabit perfecte in re. *Vīctoriam* iusquā peccati & mor-

tis non nostris meritis, sed per dominum nostrum Iesum Christum, id est, virtute ac merito Christi. ¶ *Potremo* ponit Apostolus admitionem saluberrimam & consolatoriam. *Itaque cum*

*omnia hec ita sibi habeant,* & Fratres mei dilectissimi stabiles esote in fide. Et immobiles in charitate. *Abundantes in opere domini*

*semper* id est, actibus virtutis incessanter intenti, *Scientes*

*quid labor uesper ex charitate procedes.* Non est inanis, id est, sine mercede In domino. Imo ut apud Sapientē legitur, bonorum laborū gloriolus est fructus. Hoc totum breui versiculo

*comprehendit* P̄lm̄st̄a, dicens, *Exulta domini viriliter age,* & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Magna est itaq;

*perfectio, cordis stabilitas in domino, ne homo moueat im-*

*F*petu passionum, delectationibus temporalium rerum vel mi-

nis, aut huiusmodi aliquo peccati vento. Idcirco scriptum est, Non te ventiles in omnem ventum, sed esto firmus in via do-

mini, & in veritate sensus tui. Et iterū scripture dicit, *Sapientē*

*permanet ut sol, stultus autem mutatur ut luna.*

Cap. XVI. De collectiis autem que sunt in sanctos.

ARTICVLVS XVI.

**E**XPICTIS determinationibus principalium ma-  
teriarum, in quibus instruendi erant Corinthii, iam agit Apostolus de quibusdam ordinationi-  
bus particularibus. Primo de elemosynis, quas  
gentiles conuerſi faciebant Iudeis conuerſi, qui

in

IN EPIST. AD CORINTH. I. 155

in Hierusalem erant. Ait enim, *De collectis autem id est, do-*

*nis seu elemosynis, Quae congregantur, & sunt in sanctos,* id est, in suslētationem sanctorum in Hierusalem habitan-  
*Af. 2.* qui omnia sua vendiderunt, & ante apostolorum pedes posse-  
runt, quibus consumptis, & fame orta in Iudea, in magna pen-  
uria fuerunt, propter quod ordinauerunt apostoli vt conver-  
si ex gentibus mitterent eis subsidia vita. *Sicut ordinauit in ec-*

*clesia Galatiae,* id est, cōgregationis fideliū in Galatia (quae

*est pars Graciei)* habitantium scilicet Galatis. Ita & nos fa-

cite per unam sabbati, id est, vna die septimane. *Vnusquisque*

*vestrum apud se reponat,* id est, in propria domo ponat in loco

securo, ne forte si alij comiserit, defraudetur. Ponat ergo apud

se Recondens munus. *Quod ei bene placuerit,* id est, tantum

quantum libenter dat, ne grauetur. *Vt non cum uenero,* id est,

*B apud vos fuero, tunc collecte sicut, id est, elemosynas congre-*

*gentur, quia tunc alia habebimus expedite:* grauaret quoque

*vos si totum simul daretis. Cum autem preseſtus fuero apud vos,*

*quos probaueritis,* id est, approbaueritis, seu aptos iudicaueri-

tes, per epistolās. *Hos mittam,* id est, istos destinabo cum lite-

*ris commendatoriis meis ac vestris, Perferre gratiam vestram,* id est, gratiosam elemosynam in Hierusalem ad primitium

*ecclēsiam sub Iacobo militante. Quid si dignum fuerit,* id est,

*rationabilis causa occurrerit, Ut & ego eam* in Hierusalem

*cum elemosynis istis. Mecum ibant quos probaueritis. Ve-*

*niam autem ad eos, cum Macedoniam,* quae est pars Graciei,

*Pertransire visitando illic, & in locis viciniis discipulos.*

*Nam Macedoniam* provinciam illam Pertransiſo non diu

*C ibi morapo, cum non sit necesse. Apud eos autem forsitan,*

*scilicet si deus praestiterit, Permanebo multis diebus. Vel*

*etiam hyemab, quia multa sunt corrigenda in vobis, ideo*

*diuturna medici spiritualis praesentia vobis necessaria est. Ut*

*uos me ducatis quoque ieso cum a vobis recessero. Illa tamen*

*non sicut principalis causa huius manfonis, sed hoc die it apostolus ad inflammandum charitatem eorum ad se, vel ad fa-*

*miliaritatem ostendendam. Nolo enim eos modo in transiſu ui-*

*dere, id est, tempore modico. Permaneo autem Ephesi unde*

*& istam epistolam vobis transmisi. Usque pentecosten. Oſtium*

*enim mihi aperatum est magnum & evidens, id est, vehementis ra-*

*tio mihi occurrit illic manendi, eo quod corda multorum pa-*

v iii rata